

CAPUT II.
De Juramento.

DUBIUM I.

Quid sit Juramentum.

133. *Quid est juramentum.* — 134. *Quae sint vera juramenta.* — 135. *An dicere.* Per conscientiam meam, vel animae meae. — 136. *An dicere:* Juro ita esse. — 137. *An dicere:* Tam verum est, quam sol lucet; vel: Verum est sicut Evangelium. — 138. *An jurare per creaturas.*

Quid sit ju-
ramentum.

133. — « Resp. Juramentum est invoca-
tio tacita vel expressa numinis divini,
tamquam primae et infallibilis veritatis,
in testem alicujus rei. — Haec autem
invocatio in eo consistit, quod jurans,
quantum in se est, cupiat ac velit, Deum
id quod jurat, testari et manifestare (si
et quando nimis illi placuerit, sive
in hac vita sive in altera), tamquam
quod ab ipso Deo sit cognitum et ve-
rum. — Ita communiter doctores: S. Tho-
mas¹, Bonacina², Sanchez³, Lay-
mann⁴. »

« Unde resolues:

134. — « 1°. Quoad forum internum, ju-
rat, quisquis interius intentionem habet
sive formalem sive virtualem, et invo-
cat Deum in testem, sive his sive illis
verbis ac signis, sive etiam nullis usus
sit: ita ut, si quis utatur verbis nullo
modo importantibus juramentum, et is
tamen ea putet esse juramenta, vere
juret; et e contra⁵. Suarez⁶, Sanchez⁶,

¹ 2^a 2^{ae} qu. 89, art. 1. — ² Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 1. — ³ Decal., lib. 3, cap. 1, n. 1. — ⁴ Lib. 4, tr. 3, cap. 1, n. 1. — ⁵ Tr. 5, lib. 1, cap. 1, n. 8; (cfr. cap. 11,

« Laymann⁷. — Quoad forum autem exter-
num, quaenam formulae jurandi ratio-
nem habeant, ac proinde quae verba li-
cite usurpari in conversatione possint,
patet ex sequentibus:

« 2°. Quando dubium est de jurantis
intentione, judicari solet secundum com-
munem acceptancem verborum quibus
est usus.

« 3°. Veram rationem juramenti habent
hae formulae: *Testor Deum*; vel: *In-
voco Deum testem.* Item: *Auf meinen
Eid - bei meinem Eid* [juro, juramen-
tum facio, addo meum juramentum];
nisi aliud de usurpantis intentione con-
stet: quia multi ita loquuntur, v. gr.:
*Ich schwöre dir einen Eid, - bei meinem
Eid*, hoc, vel illud faciam; quorum ta-
men mens non est serio id jurare, sed
tantum iracunde et gravius affirmare.
— Laymann⁸.

« 4°. Fides a sacerdotibus, loco jura-
menti exigi solita, per eorum conse-

num, 2; cap. 18, num. 15 et 16). — ⁶ Loc. cit., cap. 1, num. 2; (cfr. cap. 2, num. 7). — ⁷ Loc. cit., num. 3. — ⁸ Loc. cit., cap. 2, num. 1.

134. — a) Suarez mentem suam, cap. 13, n. 15, his verbis explicat: « Dupliciter potest haberi illa intentio jurandi... quando id per quod juratur, vel signum externum jurandi de se non est sufficiens ad juramentum. Prius enim haberi potest illa intentio *cum sola conscientia erronea*, quae fecit ut duas intentiones seu voluntates inter se repugnantes simul conjungantur; v. g. Gentilis intendit jurare, et simul vult tantum adducere in testem suum idolum, ex conscientia erronea, quae putat illum esse Deum: talis ergo intentio jurandi non sufficit, ut sit juramentum quod profertur, sed solum ut putetur... Secundo

modo potest haberi haec intentio jurandi *absque errore*, et tunc necesse est, ut qui hanc intentionem habet, et jurando solum nominat creaturam, eo ipso intendat illam interponere cum aliquo respectu ad Deum». Et Suario adhaeret Sanchez, cap. 2, n. 7, aliud prae-
terea addens, quo doctrinam Suarri limitat, scilicet: « Quando proferens ea verba errat, credens ea esse juramentum, et consequenter intendit jurare; at nec expresse excludit nec includit expresse relationem ad Deum, eo quod hanc theologiam ignorat, an tunc obli-
getur ex juramento, ita ut sublatu errore, maneat adhuc ligatus? Et credo manere ».

In foro
externo.

Formulae
quaes non
sunt jura-
menta.

« creationem, uti et formula illa princi-
pum: *Bei unserer fürstlichen Ehre, oder
Treue* [meam, qui princeps sum, fideli-
tatem aut honorem, obstringo vel obte-
stor], etsi non sint juramentum, tamen
in foro fori accipiuntur loco juratae
promissionis: uti et si a personis illu-
stribus vel nobilibus dicatur: *Bei mei-
ner adeligen Ehre, Treue und Glauben
[meum, qui nobilis sum, honorem, fideli-
tatem ac fidem obtestor]*. V. Laymann¹.

« 5°. Formulae hae: *Deus novit; Deus
testabitur suo tempore; coram Deo lo-
quor; Deus novit omnia; Deus videt
meam conscientiam; censemur tantum
narrative proferri, non invocative (atque
adeo non sunt juramenta): nisi aliud
constet, aut ex circumstantiis probetur.*
— Laymann², Bonacina³ ex Suarez,
Lessio⁴, Sanchez, etc. ».

Pariter, dicere: *Vivit Deus; Deus est
veritas*, non est juramentum, si enuntia-
tive profertur; ut Cajetanus⁵, Ledes-
ma⁶, etc., apud Salmant.⁴ — At Sal-
mant. cum Azor, Fagundez, Soto, Trul-
lench, dicunt, talia verba ex usu com-
muni accipi ut prolativa invocative, et ut
vera juramenta.

« 6°. Non sunt juramenta, quae dicun-
tur per modum sponsonis, v. gr.: *Ex-
pono caput meum; amputentur mihi
aures, ni ita sit*; etc. — Vide Sanchez⁵.
[Vide n. 143].

« 7°. Non vere jurat qui, ut juramen-
tum coactus vitet, dicit se jurare per
omne id per quod potest: quia, cum

¹ Loc. cit., cap. 2, n. 2. — ² Loc. cit., cap. 1, n. 4. — ³ Loc. cit., punct. 1, n. 2, v. *Quarto*. — *Suar.*, loc. cit., cap. 13, n. 7. — *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 2, n. 20. — ⁴ Tr. 17, de Voto et Juram., cap. 2, n. 25. — *Salmant.*, loc. cit. - *Azor*, part. 1, lib. 11, cap. 3, qu. 1. - *Fagund.*, Decal., lib. 2, cap. 2, n. 37. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 8, qu. 1, art. 1. - *Trull.*, lib. 2, cap. 1, dub. 4, n. 1. — ⁵ Decal., lib. 3, cap. 2, n. 42. — ⁶ Loc. cit., n. 23. — *Sotus*, loc. cit., art. 1, concl. 4; et art. 6, post med. - *Suar.*, de Relig., tr. 5, lib. 1, cap. 13, n. 9 et seqq., n. 17 et 19. — *Sanch.*, loc. cit., cap. 2, n. 32. —

b) Lessius, lib. 2, cap. 42, n. 4, scribit:
In istis jurandi formulis, « prout vulgo accipi
solent, censemur esse juramentum... Si tamen
quis non intendat jurare, sed solum affirmare
Deum ista scire, intueri, non erit juramentum,
quia deest intentio ».

c) Cajetanus, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 89, art. 1,
ad 3, quamvis revera a Salmant. hic citetur,

« nulla res sit, per quam absque neces-
sitate jurare licite possit, censemur per
« nihil jurare intendisse ».

135. — « 8°. Non sunt juramenta (quod
confessarii et catechistae moneant, ne
ex erronea conscientia peccetur): *Vere,
certe, in veritate; fide boni viri; per
fidem meam; fide boni christiani, vel
sacerdotis, vel regis*. [Ita Salmant.⁶
cum Soto, Suarez, Sanchez, Lessio, Vil-
lalobos. Nec:] « *Per conscientiam meam;
super conscientiam meam, etc.*; ut ha-
bent Lessius⁷, Bonacina⁸. Quia tantum
significant, illum loqui ex dictamine con-
scientiae, et notitia veritatis; nec in te-
stem adducitur Deus. — Esset tamen
juramentum dicere: *Per fidem catho-
licam; per sanctum Evangelium*; quia
tunc censemur in testem adduci illius
fidei et Evangelii auctor. Vide Lay-
mann⁹.

Dicere igitur: *Per conscientiam meam;
super mean conscientiam; in conscientia,
non est juramentum; ut docent Lessius¹⁰,
Elbel¹¹, ac Salmant.¹² cum Ledesma et
Villalobos: quia nullus in testem addu-
citur; et sensus est: Quod dico, est quod
mihi dictat conscientia mea.* Idem vide-
tur tenendum cum auctore, ut supra
(*Istruz.*, etc.¹³), si dicas: *Per conscientiam
animae meae*; nam conscientia principali-
ter ibi, non anima, nominatur et inten-
ditur. — Secus, si dicas: *Per animam
meam*; probabilius hoc esse verum jura-
mentum dicunt Salmant.¹⁴ cum Suarez,
Fagundez et Sanchez; Elbel¹⁵, Renzi¹⁶,

Per ani-
mam me-
am, est ju-
ramentum.

Less., lib. 2, cap. 42, n. 4. - *Villal.*, part. 2, tr. 36, diff. 2, n. 8. — ⁷ Loc. cit., n. 4. — ⁸ Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 1, n. 2, v. *Tertio*. — ⁹ Lib. 4, tr. 3, cap. 2, n. 4. — ¹⁰ Loc. cit., n. 4. — ¹¹ De 2^o Praec., n. 47. — ¹² Loc. cit., n. 28. — *Petr.* *Ledesm.*, Sum. (in 2^{am} 2^{ae}); tr. 11, cap. 1, dub. 1, v. *Ad quar-*
Villal., loc. cit., n. 7. — ¹³ Cap. 5, 2 *Comandam*, § *Confessione practica*, v. *Intorno ai giuramenti*. — ¹⁴ Loc. cit., n. 28. — *Suar.*, loc. cit., cap. 13, n. 22. — *Fagund.*, Decal., lib. 2, cap. 2, n. 8. — *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 2, n. 29. — ¹⁵ Loc. cit., n. 47. — ¹⁶ Lib. 2, tr. 2, cap. 1, sect. 1, qu. 10.

eas tamen jurandi formulas non habet, sed
alias, ut: « Deus scit; coram Deo loquor, et
hujusmodi ».

d) Petrus de Ledesma, *Sum.*, tr. 11, cap. 1,
dub. 1, v. *In his autem*, parum accurate a
Salmant. citatur; non enim differt ejus senti-
entia, ab illa quam ipsi Salmant. propugnant;
dicit enim ejusmodi verba aequivoqua esse;

et Busenbaum (*n. 150*). Quia in anima singulariter resplendet Deus, qui in testem tunc censemur adduci. Vide dicta *n. 129*, v. *Sed hic*.

*Juro ita
esse, non est
juramentum.*

Exceptio.

Aliae for-
mulae que-
non sunt ju-
ramenta.

136. - Item, dicere: *Juro ita esse*, non est vere juramentum; quia tunc nec explicite, nec implicite divinum testimonium imploratur. Ita Salmant.¹ cum Suarez^a, Sanchez, Bonacina, etc. — Nisi praeceserit interrogatio de jurejurando; quia tunc, per interrogationem praecedentem, illud *juro* satis determinatur ad verum juramentum.

137. - « 9°. Non jurat, qui dicit: *Tam verum est, quam sol lucet, quam hic sedeo, ambulo, etc.* Unde etsi compara ratio falsa sit, tantum est mendacium; « cum nullus in testem invocetur. Idem est, si dicas: *Quod dico est Evangelium; est instar fidei, est de fide, etc.* ». [Dicere: *Est verum hoc sicut Evangelium*, non regulariter est juramentum; ut Salmant.² cum Sanchez et Palao. Et idem tenet auctor libelli citati (*Istruz.*, etc. ^b): quia haec verba denotant potius assimilationem, quam invocationem; ut mox infra subdit Busenbaum].

« 10°. Quamvis hae et similes comparationes: *Tam verum est, quam Deus est, quam Christus est in Venerabilis Sacramento, quam verum est Evangelium; item: Tam sum innocens, quam*

¹ Tr. 17, cap. 2, n. 24. - *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 2, n. 4. - *Bonac.*, disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 1, n. 7. - ² Loc. cit., n. 27. - *Sanch.*, loc. cit., n. 19. - *Fal.*, tr. 14, disp. 1, punct. 1, n. 7, v. *Majorem*. - ^b Cap. 5, 2^o Coman-

« *B. Virgo vel S. Franciscus*, etc., communiter videantur continere juramentum cum blasphemia; id tamen non satis appareat, quia nullus in testem invocatur. — Neque videtur esse blasphemia, si sit verum; et animus proferentis sit significare tantum similitudinem: ut sensus sit, hoc esse verum suo modo, sicut alterum est verum suo modo. Tunc vero esset blasphemia, si usurpans intendet significare tantam esse (secundum aequalitatem) in suo dicto certitudinem, quanta est in ea veritate fidei. Sanchez^c.

138. - « 11°. Non est juramentum, cum quis jurat per creature, in quibus nihil divinae bonitatis specialiter elucet: quia tunc non censemur adduci cum relatione ad Deum; ut si dicas: *Juro per hanc barbam, vestem, etc.* — Censemur autem juramentum, cum fit per creature nobiliores: cum per eas tunc accipiatur earum creator, ut qui in iis singulariter residet ac reluet. Sic v. gr., dum juratur *per coelum*, intelligitur istius habitator; dum *per terram*, is cuius haec est scabellum; dum *per templum*, is qui ibi colitur; dum *per aliquod sacramentum*, is qui instituit; dum *per crucem*, is qui in ea fixus est; dum *per Evangelia*, ea tangendo aut nominando, is cuius ea verba sunt. — Bonacina^d, ex Suarez, Sanchez^e.

dam., § *Confessione practica*, v. *Lo dico innansi*. — ^c Decal., lib. 2, cap. 32, n. 31. — ^d Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 1, n. 4. - ^e *Suar.*, lib. 1, cap. 13, n. 28. — ^f Decal., lib. 3, cap. 2, num. 10.

nec esse juramenta, si enuntiative sumantur; si vero sumantur ad confirmandum quod dicitur, « prout ordinarie accipiuntur », vera esse juramenta.

136. - ^a) Suarez non satis accurate a Salmant. refertur; nam ipse, lib. 1, cap. 13, n. 4, asserit hunc jurandi modum, « ex vi verbis in sua rigorosa significatione, sine dubio » sufficere ad jurandum; sed cum hoc verbum utrius-

que intentionis sit capax, judicandum esse ex proferentis intentione; et addit: « In usu tamen consideranda sunt circumstantiae;... vel ex antecedenti sermone, si ab aliquo petitur ut juret, vel si negotium id postulet, colligi potest an proferatur ad confirmandum juramentum; aliunde vero ex conditione personae, vel ex modo loquendi conjici potest, ibi constitisse ut a jurando abstineret ».

DUBIUM II.

Quotuplex sit Juramentum.

139. *Quotupliciter dividatur juramentum*. (Usque ad *n. 141*). — 142. *An omnia juramenta sint ejusdem speciei*. — 143. *An sit juramentum*: Puniat me Deus, si mentior.

Quotuplex
sit juramen-
tum.

139. - « Resp. Divisiones aliquot communiter afferuntur, sed tantum accidentales; quae speciem non mutant, ut in confessione distinguere non sit opus.

— Suarez^a, Lessius, Bonacina^b.

Itaque dividitur:

« *Primo*. In *verbale, reale et mixtum*: — cum videlicet, vel verbis fit; vel actione aliqua, ut erectione digitorum, con tactu crucis, sceptri, Evangeliorum; vel et verbis simul et actione corporali: « unde et vocatur juramentum corporale. — Vide Bonacina^c.

Invocato-
rium et ex-
ecratorium.

140. - « *Secundo*. In *invocatorium seu contestatorium*; et in *execratorium seu imprecatorium*. — Illud est, quo Deus simpliciter ut testis invocatur. — Hoc autem, quo non solum vocatur ut testis, sed etiam ut vindicta, cum jurans se vel alium dilectum, vel aliquid sui aut suorum subjicit Deo puniendum, si falsum dicat; ut: *Ita me Deus amet, adjuvet, puniat me Deus; faciat Deus, ut hinc nunc quam sanus surgam; nec conjugem, nec liberos vivos hodie intuear; tollat me Deus subitanea morte; aeternum damnet*,

Less., lib. 2, cap. 42, n. 9. — ^d Disp. 4, qu. 1, punct. 2, n. 2. — ^e Loc. cit., punct. 1, n. 3, et punct. 2, n. 1. — ^f *Suar.*, lib. 1, cap. 12, n. 11. — ^g *Valent.*, in 2^o 2^o, disp. 6, qu. 7,

Asserto-
rium et pro-
missorium.

Commina-
torium.

Omnia sunt
ejusdem
speciei.

139. - ^a) Suarez, lib. 1, cap. 5, n. 13; cap. 12, n. 10, ita quidem tenet; sed cap. 9, de juramento assertorio et promissorio disserens, non satis sibi constat; asserit enim valde probabilem et fortasse veram, sententiam quae dicit ea esse ejusdem speciei; itemque n. 6, fortasse probabilem, quamvis opposita videatur probari posse non levibus argumentis. At n. 5, de hac sententia opposita, quod scilicet specie differant, addit: « Haec ergo sententia probabilis fit conjecturis adductis... Videtur etiam mihi haec sententia aptior ad resolutiones morales infra tradendas...; ideo in eam sum valde propensus ».

140. - ^a) Suarez hanc sententiam tenet de eo qui in semetipsum jurat; sed si fiat « per ordinem ad alterum, cui specialis honor et reverentia debeatur...», videtur quidem in obser-

vantia vel pietate deficere, quamvis fortasse specialis malitia, ex illa circumstantia sumpta, non sit mortal is, secluso odio et contemptu.

— Valentia pariter eamdem sententiam tenet ac Suarez, de eo qui sibi malum imprecatur (de proximo non loquitur), sed propter aliam rationem quae non adducitur a Busenbaum.

142. - ^a) Suarez, lib. 1, cap. 5, n. 12 et 13, non sine quadam distinctione loquitur: negat quidem juramentum per Deum differre a juramento per Santos, quatenus « in eis divina veritas reluet »; affirmat vero differre, si juramentum fieret « per Santos, ut Sancti sunt, sistendo praecise in eorum auctoritate creata ».

^b) Palaus, tr. 14, disp. 1, punct. 2, n. 7, de juramento promissorio et assertorio disputat; et dicit communem esse sententiam, quae negat illa a se invicem specie differre:

Formulae
quae non
sunt jura-
menta.

cum Salmant.¹ cum Soto, Lessio, Sanchez, etc.

143. - Notandum autem, quod praedita verba: *Occidat, si hoc non est*, et similia, quamvis sint vera juramenta, si per modum execrationis dicantur, quia significant: *Deus, quem in testem invoco, me occidat, si hoc non est verum*; caeterum communiter non continent, nisi quamdam sponsonem, seu poenae obligacionem, et significant: *Si non est ita, spondeo meam vitam, vel poenae mortis me submittit*. — Ita Salmant.² cum Palao, Fagundez, Trullench, Villalobos; Busenbaum (*n. 134, ad 6*), Sanchez³, Elbel⁴. — Secus vero, si Deus ibi expresse nominetur, di-

cendo: *Deus me perdat, si mentior*; quia tunc jam invocatur Deus ut vindicta mendacii, si forte profertur. Sanchez, Salmant., Elbel⁵; cum Busenbaum, mox supra *n. 140*.

Dicere autem: *Habear ut haereticus, si hoc est falsum*, non est verum juramentum. Sicut neque etiam, regulariter loquendo, dicere: *Tot angeli tollant animam meam, quot vicibus hoc feci*. Vel: *Ita faveat mihi Deus, sicut, etc.* Ita Salmant.⁶ cum Palao et Sanchez⁷). — Neque est juramentum dicere: *Juro per istam crucem*; cruce tamen non demonstrata vel signata. Salmant.⁷ cum Sanchez, Fagundez et Villalobos.

DUBIUM III.

An et quando sit lictum jurare.

144. *An liceat jurare. Et quae requirantur ad licite jurandum.* — 145. *Quid de judicio requisito.* — 146. *Quid de justitia. An sit mortale defectus justitiae in juramento assertorio. Quid de dicentibus.* Per Deum, te occidam. — 147. *Quid de veritate requisita.* — 148. *Quae certitudo requiratur ad jurandum.* — 149. *An liceat petere juramentum a pejeraturo.* — 150. *An excusentur a mortali rustici pejerantes. Et quomodo admonendi.*

*Juramen-
tum est lici-
tum.*

144. — « Resp. Juramentum, si debito modo fiat, lictum est. Est de fide. — Et quidem est actus religionis, ut omnes docent.

*Conditio-
nes requisi-
tae.*

« Tunc autem debito modo fit, cum in eo observantur haec tria: 1^{um}. Est *judicium*; quod exigit, ut cum discretione, prudentia, consideratione ac reverentia, non sine necessitate aut gravi causa fiat. 2^{um}. Est *justitia*; quae exigit, ut quod juratur sit res justa, licita et honesta. 3^{um}. Est *veritas*; ut nimur sit res vera, aut saltem ex gravitatione putetur esse vera; ita ut, prout ex defectu alicujus horum, minor aut major in Deum injuria

¹ Tr. 17, cap. 2, n. 18 et 19. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 8, qu. 1, art. 1, v. f. — *Less.*, loc. cit., cap. 42, n. 9 et 10. — *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 1, n. 9. — ² Tr. 17, cap. 2, n. 26. — *Pal.*, tr. 14, disp. 1, punct. 1, n. 7, v. *Alia item*. — *Fagund.*, Decal., lib. 3, cap. 2, n. 27. — *Fagund.*, Decal., lib. 2, cap. 2, n. 10. — ³ Decal., lib. 3, cap. 6, n. 22. — *Less.*, lib. 2, cap. 42, dub. 3, n. 17. — ⁴ Loc. cit., cap. 5, n. 11 et 13.

quae, licet, « quia communis, sustinenda sit; at credo esse satis probabile et forte probabilius, juramentum promissorium, qua tale est, a pure assertorio essentialiter differre ».

« aut irreverentia redundare censeatur, ita quoque majus aut minus committatur peccatum ».

145. — « Unde resolvitur:

« 1^o. Quoad *judicium*, si hoc solum de sit, ut plurimum est veniale tantum: ut, si quis absque necessitate juret, sive ex levitate quadam animi, sive ex consuetudine. — Vide Sanchez⁸, Lessius⁹.

« 2^o. Mortaliter tamen etiam hic, aut venialiter peccari potest, juxta quantitatem negligentiae, quam jurans admittit in investigatione veritatis, vel tolle lenda consuetudine. — Sanchez⁹.

¹⁰ Loc. cit., n. 52. — ¹¹ Loc. cit., n. 27. — *Pal.*, loc. cit., punct. 1, n. 7, v. *Alia item*. — ¹² Loc. cit., n. 24. — *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 2, n. 27. — *Fagund.*, Decal., lib. 2, cap. 2, n. 10. — ¹³ Decal., lib. 3, cap. 6, n. 22. — *Less.*, lib. 2, cap. 42, dub. 3, n. 17. — ¹⁴ Loc. cit., cap. 5, n. 11 et 13.

143. — ^{a)} Sanchez, Decal., lib. 3, cap. 2, n. 36, 39 et seqq., consentit, quando comparative tantum, non vero affirmative haec proferuntur. Hinc liquet minus accurate a Salm.

dium, ad infamiam alterius certiores reddendam.

Notandum autem hic, quod ex ira preferentes verba, videlicet: *Per Deum, per Christum, te occidam*, communiter non peccant graviter; quia ex ignorantia aut indeliberatione, ut plurimum excusantur. — Ita mecum sentit auctor citati libri (*Istruz. etc.*)⁸.

« 5^o. Venialiter autem peccat, qui ju rat facere rem venialiter malam, aut « vanam, aut inutilem, aut frivolem; cum « ibi levis tantum irreverentia censeatur. « Bonacina⁹, Lessius¹⁰. [Ita etiam tenent Tanner, Sporer, Sanchez, etc. — Sed magis mihi arridet sententia opposita, quam tenet Elbel¹¹ cum Marchant, Turriano, etc.; quia non levis, sed gravis irreverentia videtur, invocare Deum in testem ac fidejussorem peccati, quamvis levis].

Hoc certum est in juramento promissorio. — Sed Quaestio est: *an sit peccatum grave, defectus justitiae in juramento assertorio, si quis cum juramento se jactet de aliquo peccato?*

Prima sententia affirmat ^{a)} cum Toledo, ac Soto, Ledesma, etc. apud Salmant.³

— Sed probabilius dicendum, non esse nisi veniale contra religionem; ut Suarez⁴, Sanchez⁵, et Salmant.⁶ cum Palao, Tamburinio et Leandro. Ratio, quia ideo in juramento promissorio id est mortale, quia juramentum assumitur ad firmandam voluntatem exsequendi malum; in tali vero assertorio, non assumitur ad confirmandam complacentiam, sed tantum pronuntiatur ad alios certiores reddendos de suo peccato: quod non est nisi quaedam animi levitas venialis. — Secus tamen dicendum, ut bene advertunt Salmant.⁷ cum auctoribus citatis, si quis juramentum assumeret ad firmandam detractionem; quia juramentum tunc sumitur ut me-

¹ Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 3, n. 9. — ² Lib. 2, cap. 42, n. 17 et 18. — *Tolet.*, lib. 4, cap. 21, n. 8. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 8, qu. 1, art. 3. — *Petr. Ledesma*, Sum. (in 2^o 2^oe), tr. 11, cap. 2, dub. 4, v. *Secunda nota*. — ³ Tr. 17, cap. 2, n. 46. — ⁴ *De Relig.*, tr. 5, lib. 3, cap. 12, n. 7 et 8. — ⁵ *Decal.*, lib. 3, cap. 4, n. 83. — ⁶ Loc. cit., n. 47. — *Pal.*, tr. 14, disp. 1, punct. 5, n. 4 et seqq. — *Tambur.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 1, § 4, n. 5 et 6. — *Leand.*, *Decal.*, part. 2, tr. 1, disp. 7, qu. 16. — ⁷ Loc. cit., n. 47. — ⁸ Cap. 5, 2^o *Comandan.*, § *Confessione practica*, v. *Della stessa maniera*. — ⁹ Loc. cit., punct. 3, n. 9. — ¹⁰ Loc. cit., n. 17 et 18. — *Tanner*, tom. 3, disp. 5, qu. 5, n. 14. — *Sporer*, tr. 3, cap. 1, n. 143. — *Sanch.*, loc. cit., cap. 4, n. 28. — ¹¹ *De Juram.*, n. 97. — *Marchant*, *Tribun.*, tom. 2, tr. 3, tit. 3, qu. 2, dub. 1, reg. 2. — *Turriano*, *Select. disput.*, centur. 3, censur. theolog., dub. 3. — *Suar.*, loc. cit., lib. 3, cap. 18, n. 6. — *Sanch.*, loc. cit., cap. 4, n. 30. — ¹² Loc. cit., punct. 3, n. 9. — ¹³ 2^o 2^oe, qu. 98, art. 3. — *Less.*, lib. 2, cap. 42, n. 17. — *Sanch.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 4, n. 6. — ¹⁴ Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 3, n. 5 et 6.

hunc auctorem allegari, quasi dicat hanc formulam comparative fieri, non execrative.

146. — ^{a)} Notandum tamen est auctores pro affirmativa sententia laudatos, de casu particulari loqui, scilicet de casu, quo quis cum juramento peccatum grave alterius revelaret.

S. ALPHONSI, *Opera moralia*. — Tom. I.

Promisso-
rium de re
leviter ma-
la, veniale
juxta Bu-
senbaum.

Juxta S. Al-
phonsum,
mortale.

Promisso-
rium contra
consilia, ve-
niale, juxta
Buseb.

Defectus
veritatis
mortalis.

Unde minus recte a Salmant. allegantur pro sententia generali.

^{b)} Lessius, loc. cit., dub. 4, n. 20, negat juramentum contra consilia datum obligare, nisi in favorem tertii id praestiteris. Sed non dicit tale juramentum esse peccatum leve.

« de re, lege propositionem 24 inter damnatas ab Innocentio XI^{a)}. — An autem, « et quando perjurium possit esse veniale « per accidens», [Scilicet, ob defectum deliberationis vel advertentiae: Salmant.^{1]} « vide Escobar².

« 8°. Nec excusatur, vel qui jurat verbum, si is putabat esse falsum; vel qui jurat pro certo, de quo ipse dubitat, etsi a parte rei verum sit. — Sotus, Navarrus, Bonacina³.

148. — Ad recte tamen jurandum, non requiritur certitudo absoluta et omnino infallibilis; sed sufficit aliqua certitudo moralis, sive quaedam probabilitas, quae ad quamdam certitudinem moralem pertinet. Ita Tamburinius⁴. — Immo Sanchez⁵ cum Valentia et Suarez; ac Salmant.⁶ cum Palao, Lessio⁷, Bonacina, Azor, etc., cum communi, et iidem Salmant.⁷, expressius ajunt sufficere in juramento sive assertorio sive promissorio probabilitatem veritatis assertae, vel impletionis exsequenda rei promissae: modo (intelligendum) non habeatur ratio probabilis in oppositum. Hinc dicunt, posse quidem affirmari cum juramento, quod auditum est a persona ita fide digna, ut moraliter certos nos faciat. Hoc tamen non currit in judicio⁸). Salmant.⁸ cum Sanchez, Palao, Bonacina, etc. Vide Busenbaum, n. 144.

149. — « 9°. Peccat aequa graviter, qui ab altero exigit juramentum, sciens eum esse pejeratum. Excipe, nisi justa causa et necessitas exigat»: [Dicunt vero Palau⁹ et Elbel¹⁰, sufficere causam utilem

¹ Tr. 17, cap. 2, n. 38 et 39. — ² Tr. 1, exam. 3, cap. 7, n. 60, v. *An ratione*. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 8, qu. 2, art. 1. — *Navar.*, Man., cap. 12, n. 7. — ³ Loc. cit., punct. 3, n. 5 et 6. — ⁴ Decal., lib. 3, cap. 2, § 1, n. 6. — ⁵ Decal., lib. 3, cap. 4, n. 10. — *Valent.*, in 2^{ma} 2^{ta}, disp. 6, qu. 7, punct. 3, v. *Veritas enim*. — *Suar.*, lib. 3, cap. 5, n. 3. — ⁶ Tr. 17, cap. 2, n. 42. — *Pal.*, tr. 14, disp. 1, punct. 5, n. 2. — *Bonac.*, loc. cit., n. 5. — *Azor*, part. 1, lib. 11, cap. 2, quer. 5. — ⁷ Loc. cit., n. 49. — ⁸ Loc. cit., n. 44. — *Sanch.*, loc. cit.,

147. — a) Propositio 24, damnata ab Innoc. XI, sic sonat: « Vocare Deum in testem mendaci levis, non est tanta irreverentia, propter quam velit aut possit damna hominem».

148. — a) Lessius, cap. 42, n. 17, non satis fideliter a Salmant. adducitur; nam ipse requirit ut sit « moraliter certum id, ad quod Deum in testem vocamus».

honestam. Vide dicta *Lib. II*, n. 77] « quia tunc perjurium ex sola pejerantis malitia sequitur; nec alter moraliter censetur illius causa, cum utatur suo jure. Quod tamen, extra judicium, raro habet locum in privatis personis^{a)}. — S. Thomas¹¹, Suarez¹², Sanchez¹³.

« 10°. Non pejeravit, qui juravit alii quid re ipsa falsum, quod ipse bona fide et cum ratione putavit esse verum».

150. — « 11°. Excusari subinde quidam simplices a mortali perjurio videntur posse, ratione inconsiderationis, cum usurpant quasdam formulas juratorias, ut: *Per animam meam, puniat me Deus*. Etsi enim sciant id vocari juramentum, non tamen apprehendunt, quod jurare sit aliquid grave, et invocare Deum in testem; sed tantum apprehendunt concessum aliquam rationem mali non tanti momenti. — Vide Bonacina¹⁴, Laymann¹⁵.

Immo notandum, quod communiter rustici non apprehendunt gravitatem perjurii; dum se confitentes de juramentis, parum vel minime distinguunt juramenta vera a falsis. Et hoc ex praxi in missionibus jamdudum intellexi.

Quare, pro iis qui consuetudinem taliter ad pejerandum habent, confessarios potius censeo abstinendos esse ab instruendis his talibus de peccato gravi, quod revera est in perjurio; ne peccata materialia in iis, ob malum habitum quem habent, formalia evadant: ex regula generali, ut docet Busenbaum¹⁶ (*De Sacram. Poenit.*), cum Lugo, Sanchez et Lay-

Simplices excusantur ex inconsideratione.

Rustici ne- sciant gra- vitate in perjurii.

Monitum ad confessarios.

Quid sit amphibologia.

Amphibologia.

mann, etc. (Vide *Lib. VI*, n. 610). Bente tamen tales consuetudinarii sunt fortiter monendi, ut deinceps desinant falsum jurare.

Ceterum, non semper expedit monere hujusmodi rudem poenitentem de gravitate perjurii, si monitio praevideatur non de facili profutura.

DUBIUM IV.

An in Juramento licet uti Aequivocatione.

- 151.** *An licet uti aequivocatione?* — 152. *An vero cum restrictione mentali?* — 153. *Resolvuntur casus. — De confessario affirmante nescire peccatum confessum.* — 154. *De reo vel teste non legitime interrogato.* — 155. *Quid, si legitime rogetur, et aequivoco juret?* — 156. *Et an reus capitalis teneatur crimen confiteri?* — 157. *De poenitente interrogato de peccato confessio.* — 158. *De paupere indigente re aliena.* — 159. *De debitore qui alias non tenet.* — 160. *De rogato a judice, an sit locutus cum reo; et similibus.* — 161. *De creditore asserente nihil sibi solutum.* — 162. *De adultera negante crimen.* — 163. *De requisito ad mutuandum.* — 164. *De mercatore, etc.* — 165. *De famulo asserente dominum non esse domi.* — 166. *De assumendis ad doctorem.* — 167. *De asserente acceptio pecuniae, quam non recipit.* — 168. *De asserente falsum, addendo submissae aliquid verum.* — 169. *An licet alicui non rogato aequivoco jurare?* — 170. *Vide altos casus apud Busenbaum.* — 171. *An licet jurare sine animo jurandi.* (Sed de hoc vide fusius Dub. V, n. 172, v. Quaer.). — *An simulatio sit aliquid licita?*

151. — « Resp. Jurare cum aequivocatione, quando justa causa est, et ipsa aequivocatio licet, non est malum: quia ubi est jus occultandi veritatem, et occultatio sine mendacio, nulla irreverentia fit juramento. — Quod si sine justa causa fiat, non erit quidem perjurium, cum saltem secundum aliquem sensum verborum vel restrictionem mentalem, verum juret: erit tamen ex genere suo mortale contra religionem, cum sit gravis irreverentia, ad alterum in re gravidi ciendum usurpare juramentum. — *Ita communiter doctores. Vide Sanchez¹, Bonacina², Laymann³.*

Ad majorem claritatem pro hic dictis et dicendis in hac materia tam difficili, plura sunt distinguenda. — Primo loco distinguendum, aliam esse *amphibologiam*, sive *aequivocationem*; aliam, *restrictionem mentalem*.

Amphibologia triplici modo esse potest: 1^o. Quando verbum habet duplum sensum; prout *volo* significat velle et volare. — 2^o. Quando sermo duplum sensum principalem habet; v. gr.: *huc* hinc.

¹ Decal., lib. 3, cap. 6. — ² Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 12. — ³ Lib. 4, tr. 3, cap. 14, n. 7. — ⁴ Dissert. 19, cap. 4, num. 47. — ⁵ Lib. 2, cap. 42, num. 47. — ⁶ Loc.

⁷ Tr. 17, cap. 2, num. 115. — ⁸ In epist. ad Galat., cap. 1, vers. 11 et 12; cfr. can. *Utilitem 21*, caus. 22, qu. 2.

⁹ Cardenas, *dissert. 19*, cap. 4, n. 52, non solum dubitat utrum licita sit haec *amphi-*

amphibologia; sed prorsus negat istum loquendi modum sibi probari.

Utilē... simulationem, et assumendam in tempore; quod explicans, S. Thomas¹ ait: Hieronymus utitur large nomine simulationis, pro quacumque fictione. Ratio, quia tunc non decipimus proximum, sed ex justa causa permittimus ut ipse se decipiat; et ex alia parte, non tenemur ad mentem aliorum loqui, si justa causa subsit. — Justa autem causa esse potest quicunque finis honestus, ad servanda bona spiritui vel corpori utilia. Salmant.² cum Valentia, Sanchez, Bonacina et Leandro.

Utrum autem jurare cum amphibologia, sive restrictione non pure mentali, ut infra, sine justa causa, sit peccatum mortale?

Affirmant Viva³; item Toletus⁴, Angelus⁵, Armilla⁶, Navarrus, etc., apud Sanchez⁷. Idemque tenet Busenbaum⁸, cum Laymann⁹, Sanchez¹⁰ et com-

Sine justa
causa, est
venialis.

munem: dum oppositam sequitur Sanchez⁵; et eamdem tenent Lugo⁶, Cajetanus⁷, Salmant.⁸ cum Soto⁹, Valentia¹⁰, Prado, Hurtado, Candido, Leandro, etc.; item Lessius¹¹, Palaus¹²; et probabilem putat Busenbaum (*n. 170, ad 3*). Ratio hujus probabilioris sententiae est, quia in hujusmodi juramento jam adsunt veritas et justitia; deficit tantum judicium sive discretio, cujus deficientia non est nisi venialis. Nec obstat quod ait Viva, scilicet quod taliter jurans exercite invocat Deum ad testificandum falsum: nam re ipsa invocat ad testificandum verum, juxta suum sensum; quamvis permittat ex justa causa, ut alter ex sua incuria vel inadvertentia decipiatur. — Excipendum tamen cum Salmant.¹⁰ et aliis communiter, nisi hoc fiat in judicio vel in contractibus.

Ex praefata autem sententia infertur, quod ad sic jurandum (praeterquam in judiciis et contractibus), non requiritur

Exceptio.

Satis est
quaevis ra-
tionabilis
causa.

¹ 2^a 2^o, qu. 111, art. 1, ad 2. — ² Tr. 17, cap. 2, n. 109. — ³ Valent., in 2^o 2^o, disp. 5, qu. 13, punct. 2, v. *Nunc circa secundam*, et in fin. punct. - *Sanct.*, Decal., lib. 3, cap. 6, n. 19. - *Bonac.*, disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 12, n. 2. - *Leander*, Decal., part. 2, tr. 1, disp. 45, qu. 5. — ⁴ In propos. 27 Innoc. XI, n. 17. — *Navar.*, Man., cap. 12, n. 18, v. *Decimo quarto*. - ⁵ Loc. cit., n. 22. — ⁶ Loc. cit., n. 22. — ⁷ In 2^o 2^o, qu. 89, art. 7, ad 4^o, dub. 2. — ⁸ Tr. 17, cap. 2, n. 108. - *Prado*, Theol. mor., tom. 2, cap. 32, qu. 4, n. 12. - *Thom. Hurtad.*, Resolut. mor., tr. 7, cap. 2, n. 36. - *Candid.*, Disquis. 26, art. 3, dub. 4, v. *Dico* 9^o. - *Leand.*, loc. cit., disp. 45, qu. 4. — ⁹ Tr. 14, disp. 1, punct. 7, n. 3. - *Viva*, in propos. 27 Innoc. XI, n. 17. — ¹⁰ Loc. cit., n. 108.

^{b)} Toletus, citatur a Sanchez ut refert S. Alphonsus; sed lib. 4, cap. 21, distinguit, et num. 4, scribit: « Cum qui jurat, non petitus jurat, sed sua sponte, tenetur uti vocabulo secundum communem significacionem, et oppositum facere est mortale peccatum ». Et n. 5: « Qui petitus a superiori jurat; tunc, si superior iuridice et juste juramentum petit, tenetur iste jurare absque aequivocone ad mentem judicis, licet vita privetur; si vero contra justitiam petit, potest uti aequivocone ».

^{c)} Angelus, v. *Juramentum IV*, post princ.; Armilla, v. *Jurare*, n. 16, sic revera tenent, quando licite et in bona fide petitur juramentum.

^{d)} Busenbaum vere hanc propugnat sententiam, hic supra initio n. 151; non tamen allegat autores quasi eamdem teneant, sed solum ait eos consulendos esse de hac materia: « Vide, inquit, Sanct..., Laymann ». — Et re quidem vera Sanchez, loc. cit., n. 22, docet esse tantum veniale cum amphibologia et absque necessitate jurare, « quando id non est in judicio, iudice legitime interrogante, vel in materia praejudiciali... », si intentio dicentis non sit ut audiens fallatur ». — Laymann

etiam, quamvis, lib. 4, tr. 3, cap. 14, n. 7, dicat juramentum istud esse « illicitum, et quadammodo perjurium, si sine justa necessitate fiat »; non tamen pronuntiat semper esse mortale; sed, « ibid., v. *Tertia demum pars*, « si id fiat in re alicujus momenti, vel cum gravi et injusto damno proximi, erit hoc peccatum mortale contra religionis virtutem ».

^{e)} Sotus, *de Secreto membr. 3, qu. 3, concl. 7, i. f.*, aperte significat esse tantum veniale; scribit enim: « Citra necessitatem non licet uti hujusmodi amphibologis, non quod essent mendacia, sed quod hominum convictus et societas id exposcat, ut homines usitatoribus atque perspicacioribus verbis in seriis utantur, ne se fallant nisi joco in ridiculis ». — Valentia similiter, loc. cit., disp. 5, qu. 13, punct. 2, v. *Ad secundum*, dicit esse « peccatum omissionis contra praeceptum affirmativum illius virtutis veritatis ».

^{f)} Lessius, cap. 42, n. 48, in sua opinione fluctuat; primo enim dicit esse « grave peccatum »; postea vero subdit: « Forte tamen non erit mortiferum, si scandalum absit; nam revera non est perjurium, cum id quod jurare intendis, falsum non sit ».

Annota-
tiones duo.

causa absolute gravis; sed sufficit quaevias rationabilis causa, puta ad se liberandum ab importuna et injusta interrogatione alterius: ut dicunt Salmant.¹ cum Valentia, Sanchez, Bonacina, Palao, etc.; Roncaglia², Elbel³. — Hic tamen notandum 1^o cum Roncaglia⁴, majorem causam requiri ad aequivocandum cum juramento, quam sine illo. Notandum 2^o cum Salmant.⁵, quod, quo verba majorem occasionem praebent errandi, major causa exigitur. Unde dicunt quod, quando verba fere nullam causam praebent errandi, ut sunt verba per se aequivoca, duplē sensum aequae habentia; tunc levissima causa excusat.

152. — *Restrictio autem mentalis*, alia est *pure mentalis*, quae nullo modo ab aliis percipi potest; alia est *non pure mentalis*, quae ex adjunctis circumstantiis innotescere potest.

1^o. *Restrictio pure mentalis* nunquam est licita, nec juramentum super eadem: ut patet tribus propositionibus damnatis ab Innocentio XI; in quibus prima, n. 26, dicebat: *Si quis vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quicunque alio fine, juret se non fecisse aliquid quod revera fecit: intelligendo intra se aliquid aliud quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel quodvis additum verum; revera non mentitur nec est perjurus*. — Secunda, n. 27, dicebat: *Causa justa utendi his amphiboliis est, quoties id necessarium aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familia-*

¹ Loc. cit., n. 109. - *Valent.*, in 2^o 2^o, disp. 5, qu. 13, punct. 2, v. *Nunc circa secundam*. - *Sanct.*, Decal., lib. 3, cap. 6, num. 19. - *Bonac.*, disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 12, n. 2, i. f., et n. 3. - *Pal.*, tr. 14, disp. 1, punct. 7, n. 4. — ² Tr. 8, de 2^o Praec. Decal., qu. 1, cap. 4, qu. 2, resp. 3. — ³ De Juram., n. 130. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ Loc. cit., n. 109. — ⁶ In Psalm., vi, n. 1. — ⁷ 3 p., qu. 10, art. 2, ad 1. — *S. Joan. Chrysost.*, in Act. Apostol., homil. 2, n. 2; ap. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 60, col. 28. - *S. Hieron.*, in Matth., lib. 4, cap. 24, v. 36 et 42; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 26, col. 181 et 182. - *S. Ambros.*, de Fide, lib. 5, cap. 17; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 16, col. 691. - *S. Athanas.*, Orat. 3, contra Arianos, n. 48 et 49; ap. Migne, Patrol. graeco-lat.,

tom. 26, col. 426. - *S. Basil.*, Contra Eunom., lib. 4, § *In illud Horam autem*; ap. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 29, col. 695. - *S. Hilari.*, de Trinitate, lib. 9, n. 71; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 10, col. 387. — ⁸ In 3 p., qu. 10, art. 2, comment. — ⁹ In 4, dist. 35, qu. 1, art. 3, concl. 7, n. 26; cfr. dist. 21, qu. 3, art. 3, concl. 1, n. 38 et seqq. — ¹⁰ In 4, de sacr. Confess., post dub. 9, § *Circa materiam confessionis*, v. *Ad argumenta... Ad 2 principale*. — ¹¹ In 4, dist. 15, qu. 18, propos. 1. — ¹² *De Secreto membr. 3, qu. 3, concl. 4*. — ¹³ Tr. 10, exam. 4, qu. 8, n. 60, resp. 3. — ¹⁴ Dissert. 19, cap. 4, n. 36 et seqq., et n. 48. - *Smar.*, in 3 p., de Poenit., disp. 33, sect. 6, n. 7. - *Lugo*, de Poenit., disp. 23, n. 75. — ¹⁵ Lib. 3, part. 1, n. 287. — ¹⁶ De Praec. Decal., n. 490, v. *Resp. 2*.

152. — ^{a)} Gonet, *Man.*, tr. 8, de *Virtut. theol.*, cap. 2, § 3, collig. 2; Laymann, lib. 4, tr. 3, cap. 13, n. 7, v. *Interim*; Wigandt, tr. 10, exam. 4, qu. 8, n. 60, resp. 3, id qui-

res tuendas; vel ad quemlibet alium virutis actum; ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens et studiosa. — Tertia, n. 28: *Qui, mediante commendatione vel munere, ad magistratum vel officium publicum promotus est; poterit cum restrictione mentali praestare juramentum, quod de mandato regis, a similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis: quia non tenetur fateri crimen occultum*.

2^o. E contrario, licitum est justa causa uti restrictione *non pure mentali*, etiam cum juramento, si illa ex circumstantiis percipi potest. — Id probatur ex Joan. VII, 8, ubi Christus dixit: *Non ascendō ad diem festum istum*. Et tamen narrat Scriptura quod poste ascendit. *Non ascendō, subintellexit, manifeste*, ut rogabant discipuli; sed *ascendo occulte*. — Pariter ex Marc. XIII, 32, ubi Dominus dixit: *De die autem illo... nemo scit...*, neque *Filius*; subintelligendo, *ad manifestandum*, ut discipuli petebant, prout explicat D. Augustinus⁶. Sic etiam sentit S. Thomas⁷, inquiens: *Dicitur... nescire [diem]...*, *quia non facit scire*. Id est ac si dixisset, nescio ad manifestandum aliis. Et idem sentiunt S. Joannes Chrysostomus, S. Hieronymus, S. Ambrosius, S. Athanasius, S. Basilius, S. Hilarius, etc.; ut testatur Suarez⁸.

Hanc sententiam communiter tenent Gonet⁹, Laymann¹⁰, Paludanus¹¹, Adrianius¹², Major¹³, Sotus¹⁴, Wigandt¹⁵, Cardenas¹⁶ (qui cum Suarez et Lugo ait, idem dicendum si respondeatur ad mentem interrogantis), Lacroix¹⁷, Holzmann¹⁸,

Non pure
mentalis.
Licitum ex
causa justa.

dem concedunt, nempe: licitum esse ex justa causa uti restrictione *non pure mentali*; sed autores isti non addunt id esse licitum etiam cum juramento.

Elbel¹, Sporer², Viva³ et Salmant.⁴, ubi dicunt, hanc sententiam esse communem fere omnium DD. — Idem sentit Continuator Tournely⁵ cum Vanroy et Boudart, dicens, etiam strictiores theologos has restrictiones late mentales (quod idem est ac non pure mentales) negare esse illicitas; ex D. Augustino, qui⁶ ait: *Quamvis... omnis qui mentitur, velit celare quod verum est; non tamen omnis qui vult quod verum est celare, mentitur.* Consentit etiam rigidissimus Contensonius⁷. Nam, explicando illud Joannis VII, de ascensu Christi ad diem festum, dicit Christum verba subobscura adhibuisse, in quibus poterat vir prudens verborum sensum facile interpretatione aperire. Favet D. Thomas⁸ (ut recte ait Wigandt), ubi: *Aliud est veritatem tacere, aliud est falsitatem proponere.* Item⁹ dicit: *Non est licitum mendacium dicere ad hoc, quod aliquis alium quocumque periculo liberet; licet tamen veritatem occultare prudenter sub aliqua dissimulatione, ut Augustinus dicit¹⁰.*

Ratio autem hujus sententiae est, quia, si non liceret uti restrictione non pure mentali, non existeret modus secretum licite celandi, si quis nequirit aperire sine damno vel incommmodo; quod utique esset aeque perniciosum commercio humano, quam mendacium. — Damnatio autem peracta a Pontifice restrictionis mentalis, recte intelligenda est de restrictione pure et stricte sumpta; illa enim tantum vera mentalis restrictio dici debet, quae tantum in mente fit, et ita occulta remanet, et nullo modo ex circumstantiis externis agnoscit valet.

154. — II^o. Reus aut testis, a judice *non legitime* interrogatus, potest jurare se nescire crimen quod revera scit; subintelligendo, nescire crimen, *de quo legitime possit inquire*, vel nescire *ad dependum*¹¹. Ita Cajetanus²², Sporer²⁴, Azor²⁵, Roncaglia²⁶, Sanchez²⁷ cum Navarro, Toledo, Valentia, etc.; ex eodem D. Thoma²⁸. — Idem, si testis ex alio capite non te-

¹ De Juram., n. 148 et seqq. — ² Tr. 8, cap. 1, n. 115. — ³ In propos. 27 Innoc. XI, n. 3 et 10. — ⁴ Tr. 17, cap. 2, n. 117. — ⁵ De Relig., part. 2, cap. 3, de Juram., art. 5, i. f. — ⁶ Vanroy, de Juram., qu. 3, petes 2. — ⁷ Boudart, Manual, de Praec. Decal., tr. 5, § 39. — ⁸ Lib. contra mendacium, cap. 10, n. 23; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 40, col. 583. — ⁹ Lib. 8, diss. 2, cap. 1, specul. 2, condit. 3, v. Instab. — ¹⁰ 2^a 2^a, qu. 69, art. 2, corp. — ¹¹ Wigandt, tr. 10, exam. 4, qu. 8, n. 60, resp. 3. — ¹² 2^a 2^a, qu. 110, art. 3, ad 4. — ¹³ De Mendacio, cap. 10, n. 17; ap. Migne, loc. cit., col. 500. — ¹⁴ Loc. cit., n. 75. — ¹⁵ Tr. 3, cap. 1, n. 119. — ¹⁶ De Juram., n. 149. — ¹⁷ Loc. cit., n. 74. — ¹⁸ In propos. 27 Innoc. XI, n. 3 et 13.

153. — ^a S. Thomas, 2^a 2^a, qu. 70, art. 1, ad 2, negat sacerdotem posse testificari de iis quae in confessione audivit, » quia hujusmodi non scit ut homo, sed tamquam Dei minister ».

154. — ^a Ex auctoribus pro hac sententia allatis, alii de reo et teste loquuntur; alii de solo reo; alii demum de testibus dum taxat.

153. — Hinc infertur I^o. Confessarius affirmare potest, etiam juramento, se nescire peccatum auditum in confessione, subintelligendo *ut hominem*, non autem *ut ministrum Christi*; ut docent S. Thomas¹², Lugo¹³ (qui tamen¹⁴ explicat alio modo illud verbum *nescire* per scientiam, quae utilis sit ad respondendum); item Sporer¹⁵ et Elbel¹⁶, cum aliis communissime. Ratio, quia interrogans non habet jus, nisi ad sciendam notitiam communicabilem: qualis non est illa confessarii. — Et hoc, etiam si alter interroget an audierit ut minister Christi. Lugo¹⁷, Viva¹⁸, Roncaglia¹⁹ et Elbel²⁰ cum aliis. Quia confessarius semper censensus est respondere ut homo; nam ut minister Christi non potest loqui.

Hinc dicunt Carden²¹ ac Felix Potesta²², quod quoties tenetur quis occultare infamiam alterius, licite dicit *nescire*; scilicet, *non habeo scientiam utilem ad respondendum*; sive *non scio tamquam manifestabile*, ut Carden²³ cum Lugo²⁴. — Et si quis temere petat a confessario an audierit tale peccatum in confessione, bene potest respondere: *Non audiri*, scilicet, *ut homo*, vel *ad manifestandum*. Carden²⁵ cum Lugo²⁶.

154. — II^o. Reus aut testis, a judice *non legitime* interrogatus, potest jurare se nescire crimen quod revera scit; subintelligendo, nescire crimen, *de quo legitime possit inquire*, vel nescire *ad dependum*¹¹. Ita Cajetanus²², Sporer²⁴, Azor²⁵, Roncaglia²⁶, Sanchez²⁷ cum Navarro, Toledo, Valentia, etc.; ex eodem D. Thoma²⁸. — Idem, si testis ex alio capite non te-

Confessa-
rius licite
jurat se non
audisse
peccatum.

Etsi in-
terrogetur
ut minister
Christi.

Vel an
audierit in
confessione.

Reus, te-
stis, non le-
gitime in-
terrogati,
licite jurant
se nescire.

Quomodo
tenetur al-
teri satisfac-
tere.

¹² Tr. 8, de 2^o Praec. Decal., qu. 1, cap. 4, reg. in praxi, n. 2. — ¹³ Loc. cit., n. 150. — ¹⁴ Dissert. 19, cap. 6, n. 67. — ¹⁵ Tom. 1, num. 1734. — ¹⁶ Carden., dissert. 19, cap. 4, n. 43 et 44. — ¹⁷ De Sacr. Poenit., disp. 23, n. 75. — ¹⁸ Carden., loc. cit., cap. 6, n. 66. — ¹⁹ Loc. cit., n. 74. — ²⁰ Opusc. tom. 1, tr. 31, resp. 5. — ²¹ Tr. 3, cap. 1, n. 120 et 121. — ²² Part. 1, lib. 11, cap. 4, v. *Secunda regula*. — ²³ Tr. 8, de 2^o Praec. Decal., qu. 1, cap. 4, quer. 2, resp. 3. — ²⁴ Decal., lib. 3, cap. 6, n. 23 et 26. — ²⁵ Nauar., Man., cap. 12, n. 85; in cap. *Humanae aures*, qu. 1, n. 8 et 9; et in cap. *Inter verba*, concil. 6, n. 20. — ²⁶ Tolet., lib. 5, cap. 58, n. 8; et lib. 4, cap. 21, n. 5. — ²⁷ Valent., in 2^o 2^a, disp. 5, qu. 18, punct. 2. — ²⁸ 2^a 2^a, qu. 69, art. 1, corp.

neatur deponere, nempe, si ipsi constet crimen caruisse culpa: ut Salmant.¹ et Elbel². Vel si sciat crimen, sed sub secreto, cum nulla praecesserit infamia: ut Carden³.

Reus tamen vel testis qui *legitime* a judice interrogatur, nequit ulla aequivo-
catione uti: quia tenetur justo paecepto
superioris parere. Est communis; Salmant.⁴ cum Soto, Lessio, Sanchez, etc.; cum Busenbaum (n. 170, ad 2). Et idem

Item illi-
cita in con-
tractibus
onerosis.

In judicio,
licita, si cri-
mata occul-
tum.

Jurans a-
quivoce il-
lícite, po-
test absolu-
qui verum
revelet.

Quomodo
tenetur al-
teri satisfac-
tere.

155. — Quaeritur hic I^o. *An, si talis reus vel contrahens, aequivoce jurando decepit, possit absolviri, nisi veritatem manifestet?*

Negant aliqui non improbabiliter. — Sed probabilius affirman²⁹ Sanchez⁸, et Salmant.⁹ cum Philiarcho. Quia tali juramento (quod perjurium nequit dici) non peccavit contra justitiam commutativam, sed contra legalem, et obedientiam judici debitam; cuius paeceptum detegendas veritatis transiens est, duratque solum dum judex interrogat. Idemque dicit Sanchez¹⁰ de teste *mentiente*. — Et ideo uterque absolviri possunt, quin veritatem revealent. Tenentur vero alteri satisfacere, si possunt alia via. At si non possunt, dicunt Salmant., teneri denuo in judicio dete-

¹ Tr. 17, cap. 2, n. 139. — ² De Juram., n. 145. — ³ Loc. cit., cap. 4, n. 51. — ⁴ Loc. cit., n. 146. — ⁵ Sotus, de Just. et Jure, lib. 8, qu. 1, art. 7, i. f., v. *Quando autem simulatio*. — ⁶ Lessi, lib. 2, cap. 42, n. 45, v. *Dico 2*. — ⁷ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 7, n. 1. — ⁸ Loc. cit., n. 146. — ⁹ Decal., lib. 3, cap. 4, § 2, n. 4. — ¹⁰ Loc. cit., § 3, n. 2. — ¹¹ Decal., lib. 3, cap. 7, n. 8. — ¹² Loc. cit., n. 147. — ¹³ Philiarch., part. 2, lib. 4, cap. 25, § *De Reis*. — ¹⁴ Decal., lib. 3, cap. 7, n. 8. — ¹⁵ Tr. 17, cap. 2, n. 147. — ¹⁶ De Juram., n. 145. — ¹⁷ 2^a 2^a, qu. 69, art. 1, ad 2. — ¹⁸ De Just. et Jure, disp. 40, n. 15. — ¹⁹ In propos. 26 Innoc. XI, n. 20. — ²⁰ Tr. 8, cap. 1, n. 115 et 116. — ²¹ Loc. cit., n. 144. — ²² Petr. Navar., de Restitut., lib. 2, cap. 4, a. n. 142. — ²³ Lessi, lib. 2, cap. 31, n. 16 et 17. — ²⁴ Fill., tr. 40, n. 266. — ²⁵ Elbel, loc. cit., n. 144. — ²⁶ Dissert. 19, cap. 4, n. 48. — ²⁷ Loc. cit., n. 118. — ²⁸ Decal., lib. 3, cap. 6, n. 14. — ²⁹ Tr. 3, cap. 1, n. 106.

¹ Carden., dissert. 19, cap. 4, n. 51, lo-
quens de teste, qui sub secreto crimen noverit,
dicit eum posse negare: « cum veritate, in-
quit, negat ». — Potesta vero, tom. 1, n. 1735,

² Tamburini, *Decal.*, lib. 3, cap. 4, § 3, n. 5, 7 et 9, id concedit, non solum quando adest spes poenam vitandi, sed (n. 7) « etiam

gere debitum. Sed etiam excusarem, si omnino essent impotentes ad satisfacien-
dum in praesenti et in futuro.

156. — Quaeritur 2^o. *An reus legitime interro-gatus, possit negare crimen, etiam cum juramento, si grave damnum ex confessione ipsi immineat?*

Negant Elbel¹¹, cum D. Thoma¹²; et quidem probabilius: quia reus tenetur tunc pro communi bono damnum illud subire. — Sed satis probabilit¹³ Lugo¹⁴, Tamburi-nius¹⁵ cum Sanchez¹⁶, Viva¹⁷, Sporer¹⁸, item Elbel¹⁹, Carden²⁰ cum Navarra, Lessio, Sa²¹ et Filliuccio, et aliis pluribus, dicunt posse reum, si sibi immineat poena mortis, vel carceris aut exilio perpetui, amissionis omnium bonorum, triremium, et similis, negare crimen, etiam cum ju-
ramento (saltem sine peccato gravi), sub-
intelligendo *non commisise quatenus te-
neatur fateri*; modo sit spes vitandi poe-
nam. Ratio, quia lex humana non potest sub gravi obligare homines cum tanto onere. Additque Elbel hanc sententiam, licet minus probabilem, insinuandam ta-
men esse reis et confessarii; ut liberentur illi a culpa gravi, in quam facilime incident, si ad confessionem, criminis obstrin-
gentur. — Vide dicenda Lib. IV, n. 274.

157. — III^o. Poenitens, interrogatus a confessario de peccato confessio, potest jurare non commisise, subintelligens *il-
lud, quod confessus non sit*. Ita Carden²², Salmant.²³, Sanchez²⁴, Sporer²⁵. — Hoc tamen intelligendum, nisi confessarius juste interroget ad noscendum statum poenitentis: ex propos. 58 damnata ab Innocentio XI²⁶.

Poenitens.
interroga-
tus de pec-
cato con-
fesso.

nulla elucente tali spe ». — Joannes Sanchez, Select., disp. 43, n. 29; Carden., dissert. 19, cap. 7, n. 81; Sa, v. *Judiciales actus, de Reo*, n. 1 et 6, non loquuntur de spe effugiendi poe-
nam; id tamem forte inculcant, dum loquuntur de casu, quo non est plena criminis probatio.

157. — ^a Propositio 58, damnata ab Innocentio XI, haec est: « Non tenemur confes-

Casus li-
citate restri-
ctionis.

158. - IV°. Indigens bonis absconditis ad sustentationem, potest judici respondere se nihil habere. Salmant.¹ — Pariter haeres, qui sine inventario occultavit bona, si non tenetur ex illis satisfacere creditoribus, potest judici respondere nihil occultasse; subintelligens *de bonis, quibus satisfacere teneatur*. Salmant.² et Roncaglia³.

159. - V°. Qui mutuum accepit, sed postea satisfecit, potest negare accepisse mutuum; subintelligens, *ita ut debeat solvere*. Salmant.⁴ et Sporer⁵ cum Suarez, Navarro⁶, Azor, Laymann, Sanchez, Covarruvias et aliis.

Sic pariter, si quis fuit coactus ad matrimonium, potest judici asserere, etiam cum juramento, *non contraxisse*, scilicet *libere*, ut par erat. Toletus⁷, Laymann⁸, Navarrus⁹ et Sporer¹⁰; qui idem ait de eo qui irrita sponsalia initit. — Pariter, qui matrimonium promisit, sed inde non teneatur ad illud, potest negare promissionem, scilicet *ut ex illa teneatur*. — Salmant.¹¹

Qui non tenetur ad gabellam, potest respondere nihil ferre, scilicet *ex quo gabellam debeat*. — Cardenas¹², Salmant.¹³, Sporer¹⁴ cum Lezana.

Qui venit de loco falso putato infecto, potest negare venire ex illo, scilicet *ut pestilenti*; quia haec est mens custodum. Salmant.¹⁵, Lessius¹⁶, Sanchez¹⁷, et Sporer¹⁸.

¹ Tr. 17, cap. 2, n. 140. — ² Loc. cit. — ³ Loc. cit. —

⁴ Tr. 8, cap. 1, num. 122. — *Suar.*, lib. 8, cap. 9, num. 6. —

Azor, part. 1, lib. 11, cap. 4, quater. 5, reg. 2. — *Laym.*,

*lib. 4, tr. 3, cap. 14, n. 8. — *Sanch.*, loc. cit., cap. 6, n. 32. —*

Covar., Variar. resol. lib. 1, cap. 2, n. 4. — ⁵ Loc. cit., n. 8. —

⁶ In cap. *Humanae aures*, qu. 1 et 2. — ⁷ Loc. cit., n. 122. — ⁸ Loc. cit., n. 140. — ⁹ Dissert. 19, cap. 7, n. 77. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Loc. cit., num. 121. — *Lesana*, Sum.,

rer¹⁵ cum Toledo, Navarro, Suarez, Henriquez¹⁹, Rodriguez, etc. — Immo hoc admittunt. Toletus²⁰, Lessius, et alii plures apud Sporer, etiamsi ille celeriter transisset per locum infectum: modo sit certus nil luis contraxisse; quia posset intelligi non venisse, ut ab ipso periculum sit timendum. Sed huic ego non omnino acquiesco.

Admittunt etiam Salmant.²¹, cum Busenbaum, quod, si quis a fure vi obligetur ad promittendam pecuniam cum juramento, potest subintelligere: *Dabo, si tibi debuero, secluso juramento*; quia dicunt, promissionem illam ex circumstantiis posse admittere talem amphibologiam.

Pariter uxor, cui constet matrimonium esse nullum, potest judici, vel confessario qui alias non vellet eam absolvere, promittere cum juramento cohabitare cum viro, etsi non intendat; intelligens de cohabitatione licita. — Salmant.²².

160. - VI°. Rogatus a judice, an sit locutus cum reo, potest negare; intelligens, non locutum fuisse ad cooperandum criminis. — Canonicus, obligatus ad secretum, potest jurare nihil manifestasse, si vere nihil eorum, quae sub gravi tenebatur celare, manifestavit. — Ita Salmant.²³, qui asserunt haec omnia passim obvia esse apud omnes auctores.

Pariter, ex Lessio¹ cum Alexander², Bartoli³, etc., qui eligendus est in officium, interrogatus an habeat aliquid impedimentum, potest negare, si revera illud non sit tale quod impeditat.

Pariter, si quis invitatus interrogetur, an sit bonus cibus, qui revera sit insipidus, potest respondere esse bonum; scilicet, *ad mortificationem*. Cardenas⁴. — Sic etiam dicunt Cardenas⁵ et Croix⁶, licite proferri caeremonias: *Oscular manus*, etc. *Offero me famulum*, etc.; quia ex communi usu accipiuntur ut verba materialia, prolata tantum ad honorem.

Licitum est etiam celare veritatem cum causa; v. gr., si quis petat a te pecuniam, potes respondere: *Utinam haberem!* Vel, *gauderem habere*, etc. Cardenas⁷. — Sed

161. - Quaeritur 1°. *An creditor ex instrumento possit asserere cum juramento, nihil sibi solutum, si revera sit pars soluta, sed ipse ex alio capite habeat creditum quod probare non possit?*

Respondetur posse: dummodo non juret, eam quantitatem sibi deberi ex illo instrumento; nec aliis creditoribus anteriores damnum inferatur. — Ita Salmant.⁸ cum Sanchez, Palao⁹, Leandro, etc.

162. - Quaeritur 2°. *An adultera possit negare adulterium viro, intelligens, ut illi revelet?*

¹ Lib. 2, cap. 42, n. 48. — ² Dissert. 19, cap. 6, n. 74. —

³ Loc. cit., n. 76. — ⁴ Lib. 3, part. 1, n. 302. — ⁵ Loc. cit., cap. 4, n. 53. — ⁶ Tr. 17, cap. 2, n. 143. — *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 6, n. 36. — *Leand.*, tr. 1, disp. 45, qu. 21. — ⁷ Dissert. 19, cap. 4, n. 54. — ⁸ Loc. cit., n. 42 et 44. — *Less.*, lib. 2, cap. 42, n. 17. — *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 4, n. 10. — *Suar.*, lib. 5, cap. 4, n. 24.

160. - ^{a)} Bartoli, in *L. Praeses*, C. *Si servus aut libertus*, n. 3, dicit eligendum in judicem debere manifestare suam indignitatem, si nempe sit infamis: «Et hoc est verum, addit, si ejus infamia est cognita per alium, quia fuit condemnatus; alias non debet suam turpititudinem manifestare». Quod quidem dictum a Lessio affertur et explicatur eo modo quo dicit *S. Alphonsus*. — Alexander Imolensis vero, pariter a Lessio allegatus, ubinam quid simile habeat reperire nequivi.

^{b)} Palau, tr. 14, disp. 1, punct. 7, n. 5, affirmat quidem posse creditorem sic

jurate; sed non addit conditionem hic apposita: modo non juret id sibi *ex illo instrumento*

deberi. Quae ceteroquin per se intelligitur.

^{c)} Sotus, de *Secreto*, loc. cit., qu. 3, concl. 7,

negat mulierem istam posse hoc modo respondere, negando scilicet se adulterium commisso.

^{d)} Aragon, in *2am 2ae*, qu. 69, art. 2, i.f.,

loquitur de muliere a judice contra ius interrogata; et dicit eam posse negare se matrimonium fregisse; et ita etiam a Sanchez allegatur. Notandum insuper auctores hic citatos,

non loqui in specie de *occulto adulterio*.

Potest aequivoce asserere, non fregisse matrimonium, quod vere persistit. Et si adulterium sacramentaliter confessa sit, potest respondere: *Innocens sum ab hoc crimine*; quia per confessionem est jam ablatum. Ita Cardenas⁷. — Qui tamen hic advertit, quod nequit id affirmare cum juramento; quia ad asserendum aliquid, sufficit probabilitas facti; sed ad jurandum requiritur certitudo. Sed respondetur, quod ad jurandum sufficit certitudo moralis²), ut diximus supra, *Dub. III*, n. 148, cum Salmant.⁸, Lessio, Sanchez, Suarez, Palao et communi. Quae certitudo moralis remissionis peccati potest quidem haberi, quando quis bene moraliter dispositus recipit Poenitentiae sacramentum.

Ad Quaesitum vero, dicunt Salmant.⁹ cum Soto, non posse feminam adulterium negare; quia esset pura restrictio mentalis. — Cardenas¹⁰ tamen admittit, in periculo mortis licere uti metaphora, quae communis est in Scriptura, ubi adulterium sumitur pro idolatria, ut ex Ezech. xxiii, 37: *Quia adulteratae sunt...*, et cum *idolis suis fornicatae sunt*. — Immo, si crimen est vere occultum, probabiliter cum Busenbaum (infra, n. 170, ad 4), et Lessio¹¹, Trullench¹², ac Sanchez¹³ cum Soto¹⁴, Sayro et Aragon¹⁵, potest mulier negare cum juramento, et dicere: *Non*

Uxor qui-
bus verbis
possit celare
adultere-
num.

Quando
possit nega-
re.

sario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem».

158. - ^{a)} Roncaglia, tr. 8, qu. 1, cap. 4, reg. in *praxi*, n. 2, in universum dumtaxat scribit: «Qui... habet justam causam occultandi fisco aliqua bona, interrogatus, potest cum juramento dicere se nihil occultasse; quia praesumitur judex interrogare de bonis quae non potuerit licite occultare».

159. - ^{a)} Navarrus id non habet, et videtur a Sporer per incuriam citatum esse, vel forte potius ex typographico mendo irrepssisse [Navar. pro Covar.]. Nam Sporer allegationem sumpsit ex Suarez, ut asserit; Suarez autem

minime adducit Navarrum, sed Covarruvias *Var. resolut.*

^{b)} Toletus, lib. 4, cap. 21, n. 6, loquitur de eo qui matrimonium contracturus est: «Qui cogitur, inquit, jurare se accepturum aliquam in sponsam, potest jurare se accepturum, intelligendo si postea placuerit».

^{c)} Henriquez neque citatur a Sporer, neque id habet, quod reperire potuerim.

^{d)} Toletus, loc. cit., sic loquitur: «Quamvis sit [civitas] infecta peste, si tamen ipse non sit infectus, potest uti aequivocatione; nam non fecit contra praeceptum intentionem custodis seu civium illorum».

commisi. Eodem modo, quo reus potest dicere judici non legitime interroganti: *Crimen non commisi;* intelligendo non commisso, ita ut teneatur ei manifestare; ut Tamburinius¹ ex communi, et Viva².

163. - Quaeritur 3^o. *An requisitus ad mutuandum, possit jurare se non habere pecuniam, quam revera habet;* intelligendo non habere, *ut ad mutuum praestet?*

Negant Salmant.³ cum Soto⁴, Henriquez⁵. Ratio, quia illa restrictio ex circumstantiis percipi nequit. - Sed hoc intelligendum, si veritas nullo modo percipi possit. Nam si posset conjici ex aliqua circumstantia, nempe paupertatis vel indigentiae mutuatarii, bene posset ipse intelligere: *Non habeo superfluum, ut possim dare mutuum.* Ita Roncaglia⁶, Viva⁷ cum Sanchez, Bonacina, Silvestro⁸, etc.; Cardenas⁹ cum Suarez¹⁰, et Lugo¹¹, qui sic docet: *Qui habet unum panem sibi omnino necessarium, vere respondet se nullum habere, ei qui petit panem commodatum; quia nullum habet quem commodare possit, de quo solo ille interrogat.* - Et idem dicit Cardenas¹² de pecunia petita, si dominio sit necessaria.

164. - Quaeritur 4^o. *An mercatores possint jurare, mercem carius ipsis constare;* intelligendo, *cum alia merce?*

Affirmant aliqui; sed merito negant Salmant.¹³ - Probabiliter tamen posse ait Croix¹⁴ cum Gobat, quando tales non intelligent de mero pretio rei, sed computant in eo expensas pro vectura, pro apotheca, etc.

165. - Quaeritur 5^o. *An famulus, ex jussu domini, possit negare ipsum esse domi?*

¹ Decal., lib. 3, cap. 4, § 3, n. 1 et 2. - ² De Praec. Decal., qu. 7, art. 4, n. 2; cfr. In propos. 26 Innoc. XI, n. 19. - ³ Tr. 17, cap. 2, n. 145. - ⁴ Tr. 8, qu. 1, cap. 4, reg. in praxi 2. - ⁵ De Praec. Decal., qu. 7, art. 4, n. 2. - ⁶ Sanchez, Decal., lib. 3, cap. 6, n. 43. - ⁷ Bonac., disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 12, n. 3. - ⁸ Dissert. 19, cap. 6, n. 73. - ⁹ De Sacram. Poenit., disp. 23, n. 75. - ¹⁰ Diss. 19, n. 73. - ¹¹ Loc. cit., n. 145. - ¹² Lib. 3, part. 1, n. 301. - ¹³ Gobat, de Juram., n. 672. - ¹⁴ Loc. cit., n. 71. - ¹⁵ De Relig., cap. 3, de Juram., art. 5, v. Dico 2. - ¹⁶ Loc. cit., n. 71. - ¹⁷ Less., lib. 2, cap. 42, n. 47. - ¹⁸ Loc. cit., n. 72. - ¹⁹ Decal., lib. 3, cap. 2, § 2, n. 12. - ²⁰ Tr. 17, cap. 2, n. 24.

163. - ^{a)} Sotus, *de Secreto, membr. 3, qu. 3;* Henriquez, *lib. 6, cap. 19, n. 7, lit. k,* citantur quidem a Salmant., uti S. Alphonsus indicat; verum isti autores, *locis cit.*, hunc casum non solvunt.

^{b)} Silvester, v. *Juramentum III, qu. 2,* v. *Licet autem, adductus a Viva ex Trullench,* de hoc casu ibi non tractat.

^{c)} Suarez, *lib. 3, cap. 11, n. 6,* non citatur

Cardenas¹¹ admittit posse figere pedem in lapidem et respondere: *Non est hic;* quia non est restrictio mentalis. - Sed huic non assentior, si alter nullo modo possit id advertere. Potius concederem posse dicere: *Non est hic, scilicet, non in hac janua vel fenestra;* vel (ut ait Tournely¹²): *Non est hic, quatenus videri possit.*

Item ait Cardenas¹³, posse respondere; *Egressus e domo est,* intelligendo, *in praeterito;* non enim tenemur, ait cum Lessio, ut supra, respondere ad mentem interrogantis, si adsit justa causa. Secus, si ille rogetur an hoc mane dominus egressus sit; ut Croix¹⁴. - Sic etiam Cardenas¹⁴ ait de viro nobili qui est in luctu, posse respondere famulum, esse foris; scilicet, esse remotum a consortio, ut ex usu loquendi solet intelligi.

166. - Quaeritur 6^o. *An assumendi ad gradum doctoratus possint jurare cum aequivocatione conditionem requisitam non veram;* scilicet, vacasse tot annis illi scientiae, etc., si tales sint aequae idonei ac alii doctores?

Vide Tamburinium¹⁵ qui affirmat; et justam causam ait tunc esse sic jurandi, ne repellantur qui jam digni sunt. - Sed quidquid sit de hoc, probabile magis mihi videtur non pejerare doctorandos Neapolit., qui more solito scribunt manu propria in suscipiendo matriculas: *Dico con giuramento, essere il primo anno istituita,* etc., cum revera id non sit. Ratio, quia verbum illud *giuro*, sive, *dico con giuramento*, ut supra diximus (*Dub. I, n. 136*) cum Salmant.¹⁶, Bonacina¹⁷, San-

Famulus quo sensu neget herum esse domi.

Jurare falsum, addendo verum submissum, quando loquitur.

Doctorando quomodo possint jurare conditionem non veram.

Contra probabilitus.

Busenb. negat sponte jurantem posse uti aequivo- catione.

chez, Suarez¹⁸, de se non est juramentum, nisi praecedat interrogatio de juramento. Sed haec interrogatio Neapoli vel omnino non fit, vel non fit de vero juramento; sed tantum de illa scriptione materiali, quae ex usu communi videtur non apprehendendi ut verum juramentum.

167. - Quaeritur 7^o. *An possit quis licite coram notario asserere accipere pecuniam, quam vere non recipit?*

Affirmat possesse Tamburinius¹⁹, sensum impropriando; scilicet, jurando pecuniam pro accepta habere vel accipere; quia certus est moraliter, alterum brevi pecuniam sibi fore soluturum. Et videtur probabile, ex communi usu loquendi.

168. - Quaeritur 8^o. *An liceat jurare aliquid falsum, addendo tamen submissa voce circumstantiam veram?*

Affirmant Hurtadus et Prado cum aliis apud Salmant.²⁰, contra Torre²¹. Quia dicunt, quod ut locutio sit vera, sufficit ut exterius concordet conceptui mentis, sive nutibus sive voce submissa explicetur; et per accidens est, ut alter non audiat. - At melius Salmant.²² id admittunt, si tamen aliquo modo possit ab altero percipi illa submissa prolatione, licet ejus sensus non percipiatur; secus, si omnino alterum lateat.

169. - « Unde resolvitur:

« 1^o. Graviter peccat, qui utitur aequivocone, quando non rogatus, sed sponte sua jurat: quia tunc tenetur uti vocabulis secundum communem significacionem, inquit Toletus²³, eo quod non habeat rationem aequivoandi».

Probabilius tamen Salmant.²⁴ cum communissima contrarium dicunt, nempe, quod quando adest justa causa necessi-

Sanch., Decal., lib. 3, cap. 2, n. 4. - ² Decal., lib. 3, cap. 2, § 2, n. 19. - ³ Thom. Hurtadus, tr. 7, cap. 5, n. 71. - ⁴ Prado, Theol. mor., cap. 32, qu. 4, n. 64. - ⁵ Tr. 17, cap. 2, n. 136. - ⁶ Loc. cit., n. 138. - ⁷ Lib. 4, cap. 21, n. 4. - ⁸ Loc. cit., num. 142. - ⁹ Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 12,

tatis vel utilitatis, potest quis uti amphiboliis in juramento, etiamsi ad jurandum sponte se offerat.

170. - « 2^o. Graviter item peccat, qui utitur aequivocone, quando juramentum justum exigitur, ut a judice vel subperiore in re gravi. - Bonacina²⁵.

« 3^o. Si autem fiat tale juramentum in re levi, per jocum et crita inobedientiam ac notabile damnum alterius, erit tantum veniale; ut probabiliter docet Sanchez²⁶, contra alios: quia sola distinctione sive judicio caret. - Vide Bonacina²⁷.

« 4^o. Licet aequivoce jurare, si jurementum exigatur injuste: ut, v. gr. si quis exigat juramentum, qui jus non habet, v. gr. judex incompetens; vel si non servet ordinem juris. - Item, si exigatur per vim, injuriam, metum; v. gr. si vir exigat juramentum a uxore de adulterio occulto; si latrones exigant a te lytrum cum juramento. - Sayrus²⁸, Lessius, Trullench²⁹.

171. - « 5^o. Qui exterius tantum juri vit sine animo jurandi, non obligatur, nisi forte ratione scandali; cum non juraverit, sed luserit. In foro tamen externo, potest cogi ut servet. Sanchez³⁰, Trullench³¹. - [Sed de hoc vide mox dicenda, Dub. seq., n. 172, v. Quaeritur].

Quaeritur hic ultimo: *an simulatio sit aliquando licita?*

Respondetur: *Simulatio formalis*, nempe, cum quis intendit per factum externum aliud significare, quam in animo habet: haec nunquam est licita, quia est verum mendacium facti; ut docet D. Thomas³².

Simulatio vero materialis, scilicet, cum

n. 7. - ¹⁰ Loc. cit., n. 10. - ¹¹ Clav., lib. 5, cap. 4, a. n. 23; lib. 12, cap. 17, a. num. 20. - ¹² Less., lib. 2, cap. 42, num. 47; - ¹³ Lib. 2, cap. 1, dub. 15. - ¹⁴ Decal., lib. 3, cap. 10, num. 4, 11 et 13. - ¹⁵ Loc. cit., dub. 10, n. 2. - ¹⁶ 2^o 2^o, qu. 111, art. 1.

a Cardenas, nec praesentem casum solvit, quidquid investigare potuerim.

165. - ^{a)} Croix, loc. cit., n. 284, non videtur habere hunc casum; apud eum enim nil de hac re invenire potui.

166. - ^{a)} Bonacina, disp. 4, qu. 1, punct. 1, n. 7, negat quidem hanc formulam verum esse juramentum; sed limitationem adjectam, scilicet: *nisi praecedat interrogatio de jura-*

mento, expressis verbis non habet; eam tamen satis inculcat, dicens talen qui eo modo jurat, non praesumi animum habere juramentum perficiendi; secus vero esse, illumque studentem verum juramentum emittere, si hoc dicat animo vere adducendi Deum.

^{b)} Suarez, vide notam a ad num. 136, supra.

In jureste requisi- to, aequivo- catio lethali- sis.

In re levi est venialis.

Aequivo- catio licita in jure- mento injusto.

Exterius tan- tum juri- rans, quo modo obli- getur.

Simulatio for- malis semper illi- cita.

Materia-
lis, quando-
que licita.

quis aliquid agit, non intendens deceptio-
nem alterius, sed aliquem suum finem:
haec est licita cum justa causa, semper
ac ex circumstantiis alii possint congi-
cere ad alium finem id agi; prout dictum
est de restrictione non pure mentali,
n. 152. — Sic Josue, cap. viii, [v. 15 et
seqq.] licite fugit; non intendens signifi-

care metum, sed ut hostes longe abdu-
cerentur ab urbe *Hai*, et reliqui milites
irruerent in urbem. Ita etiam Christus
Dominus (Luc. xxiv, 28) apud Emmaus
finxit longius ire; non intendens ut di-
scipuli hoc crederent; sed volens signi-
ficare, se revera iturum fuisse longius,
nisi ab eis invitaretur. Ita Croix¹.

DUBIUM V.

Quae et quanta sit obligatio Juramenti promissorii.

172. *Quotuplex veritas affirmanda sit in juramento promissorio.* — *Quale autem peccatum sit juramentum promissoriorum fictum, et quomodo obliget.* — 173. *An peccet graviter non implens promissum in re parva.* — 174. *An obliget juramentum metu extortum.* — 175. *Quid, si sit errore vel dolo extortum.* — 176. *An obliget juramentum de re mala aut vana.* — 177. *Quid de juramento in favorem tertii.* — 178. *An juramentum non ludendi excludat ludum moderatum.* — 179. *An obliget juramentum factum contra primum.* — 180. *An juramennum sequi debeat conditionem promissionis.* — 181. *Quomodo obliget juramentum servandi statuta alicujus collegii.* — 182. *De juramento medicorum non visitandi, etc.* — 183. *De juramento servandi secretum, dicendi veritatem et solvendi debitum.* — 184. *An obliget juramentum factum concubinæ, non cognoscendi aliam.* — 185. *An promissio prodiga cum juramento obliget.* — 186. *An obliget juramentum redeundi ad carcerem.* — *De juramento parentum ac dominorum, puniendi filios aut famulos.*

In jura-
mento pro-
missorio,
duae veri-
tates.

172. — « Resp. Iº. In juramento promis-
sorio duae affirmantur veritates: una
de praesenti, primaria, quod scilicet
jurans habeat animum implendi quod
promittit; altera, secundaria, de futuro,
quod scilicet impleturus sit suo tem-
pore quod promittit: sive promittat Deo,
et est votum cum juramento; sive ho-
mini, et est jurata promissio humana.
Unde oritur obligatio implendi, si ratio-
nabiliter possit. — Ita communiter DD.,
ut Laymann², Bonacina³.

« Unde resolves:

« 1º. *Defectu primæ veritatis*, jurans
vere pejerat mortaliter: si vel non ha-
bet animum implendi, sive materia sit
parva sive magna, licita sive illicita;
vel si dubitat an facturus sit necne,
quod jurat; vel si putat sibi moraliter

Defectus
primæ ve-
ritatis, le-
thalis.

impossibile, ut impleat quod promittit.
Quia, quoad istam veritatem praesen-
tem, promissorium ab assertorio non
differt; unde nec parvitas materiae ex-
cusat. — Ibid. ^{a)} ».

Peccat quidem graviter, qui promittit
aliquid cum juramento, putans impossi-
ble ut impleat. Ita hic Busenbaum. —
Sed addendum cum Salmant.⁴ cum Azor^{b)},
Suarez, Fagundez, Leandro, etc., secus
esse, si probabilem rationem haberet im-
plendi.

Quaeritur: quale peccatum sit jura-
mentum promissorium fictum, et ad quid
obliget?

Distinguo: Tripliciter potest quis fi-
cere promittere cum juramento: Iº. Sine
animo jurandi. IIº. Sine animo se obli-
gandi. IIIº. Sine animo implendi.

Juramen-
tum promis-
sorium fictum, tri-
plex.

^{a)} Lib. 3, part. 1, n. 298. — ^{b)} Lib. 4, tr. 3, cap. 4, n. 4. —

^{c)} Disp. 4, de 2º Praec., qu. 1, punct. 7, n. 1. — ^{d)} Tr. 17, cap. 2,

n. 49. — *Suar.*, lib. 3, cap. 18, i. f. — *Fagund.*, Decal., lib. 2,

cap. 6, n. 24. — *Leand.*, tr. 1, disp. 7, qu. 30.

172. — ^{a)} Busenbaum hoc verbo *Ibidem*
allegat Bonacinam, qui revera, *disp. 4, de*
2º Praec., q. 1, punct. 7, n. 6, i. f., dicit pec-
caturum esse mortaliter eum, qui juramen-
tum praestiterit cum animo non adimplendi.

^{b)} Azor, part. 1, lib. 11, cap. 5, qu. 1, ad-
ductus quidem a Salmant. pro hac limitatione,
eam tamen non apponit; sed solum dicit le-
thaliter peccare eum, qui jurat se aliquid
praestitum, quod sit impossibile.

Jurare
sine animo
jurandi,
peccatum.

Et Iº. — Si quis jurat *sine animo ju-
randi*, peccat quidem; et patet ex pro-
posit. 25 damnata ab Innocentio XI, quae
dicebat: *Cum causa licitum est jurare
sine animo jurandi, sive res sit levis,
sive gravis.* — Ratio, quia tunc illudit
divino testimonio.

An autem *hic peccet graviter?*

Resp. Affirmative, si juret sine animo
implendi promissionem. — Si vero cum
animo implendi, peccat tantum venialiter;

Leve, si
cum animo
implendi.

ut communissime dicunt Sanchez^{c)}, Roncaglia¹, Tamburinius^{d)}, Elbel^{e)}, Mazzotta^{f)}.

Recte vero excipiunt, si juramen-
tum fiat in contractibus vel coram ju-
dice; quia tunc, licet non sit perjurium,
est tamen gravis deceiptio contra justi-
tiam.

Sine animo
se obligan-
di, sed im-
plendi, le-
thale juxta
quodam.

IIº. — Si autem jurat *sine animo se
obligandi*, sed cum animo implendi. —
Cajetanus⁴, Croix⁵; item S. Antoninus,
Navarrus, Scotus, Tabiena et alii com-
munius, apud Sanchez⁶, tenent hunc pec-
care mortaliter: tum quia sic jurans falso
significat habere intentionem se obligandi,
quam vere non habet: tum quia, ut sen-
tit Croix tamquam probabilius, videtur
gravis irreverentia adducere Deum in
testem, et nolle ejus testimonio obstringi.
— Sed valde probabiliter idem Sanchez⁷,
Tamburinius^{e)}, Elbel⁸, Renzi^{f)} et Antonius
a Spiritu Sancto, cui adhaeret Ron-
caglia⁹, tenent hunc non peccare nisi

¹⁾ Tr. 8, qu. 1, cap. 4, qu. 1, resp. 2 et 3. — ²⁾ De Ju-
ram., n. 120. — ³⁾ Tr. 2, disp. 1, qu. 3, cap. 8, § 3, qu. 3.
— ⁴⁾ In 2º 2º, qu. 89, art. 7, in resp. ad 4, v. *Dicendum
est ergo.* — ⁵⁾ Lib. 3, part. 1, n. 279. — ⁶⁾ S. Anton., part. 2,
tit. 10, cap. 6, cas. 5. — *Navar.*, Man., cap. 12 num. 14.
Scotus, in 3, dist. 39, art. 3, n. 10. — *Tabiena*, v. *Jurare*,
n. 12, qu. 11. — ⁷⁾ Decal., lib. 3, cap. 6, n. 5. — *Croix*, loc.
cit., n. 279. — ⁸⁾ Decal., lib. 3, cap. 6, n. 7. — ⁹⁾ De Ju-
ram., n. 121. — *Anton. a Spiritu S.*, Director. confessar.,
part. 3, tr. 5, disp. 1, sect. 10, num. 68. — ¹⁰⁾ Tr. 8, qu. 1,
cap. 4, qu. 1, resp. 4. — ¹¹⁾ Tr. 17, cap. 1, num. 19 et 25;
cfr. cap. 2, n. 48. — ¹²⁾ Loc. cit., n. 121. — ¹³⁾ Tr. 3, cap. 1,

^{c)} Sanchez, *Decal.*, lib. 3, cap. 6, n. 10,
consentit, si irrationaliter exigatur jura-
mentum.

^{d)} Tamburinius, *Decal.*, lib. 3, cap. 3, § 2,
n. 6, videtur loqui de eo qui jurat cum animo
jurandi: *Jurare sine animo promittendi ex vi
humanae fidelitatis, sed cum animo obligandi
se ex vi religionis, non esse saltem mortale,*
si sit animus implendi... Quodsi non adsit ejus-
modi implendi animus, erit sane perjurium».

^{e)} Tamburinius, *loc. cit.*, n. 5, non loquitur

venialiter. Ratio, quia taliter jurans, cum
habeat animum implendi, quamvis non in-
tendat se obligare: ex una parte non jurat
falsum, quia asserit verum de voluntate
praesenti; ex alia parte, cum hic voluntate
non habeat se ullo modo obligandi ex
vi juramenti, de cuius intrinseca ratione
est inducere obligationem religionis, re-
vera non jurat: ut ex communi dicunt Sal-
mant.¹⁰, Elbel¹¹, Sporer¹², etc. — Et ideo
juramentum hoc idem est ac si factum
sit *sine animo jurandi*; quod non est nisi
veniale, quando verum asseritur, ut supra
dictum est.

An autem *sic jurans cum animo ju-
randi, sed sine animo se obligandi, te-
neatur ad servandum juramentum?*

Prima sententia negat: tum quia hu-
jusmodi juramentum fuit invalidum, ut
supra; tum quia Deus juramenta pro-
missoria non acceptat, nisi juxta juran-
tum intentionem: ex can. *Humanæ au-
res*, [caus. 22], qu. 5, ubi dicitur: *Di-
vina... judicia talia ea [nostra verba] au-
diunt, qualia ex intimis proferuntur.* —
Ita Palaus¹³, Salmant.¹⁴, Roncaglia¹⁵, Tam-
burinius¹⁶, Mazzotta¹⁷, Elbel¹⁸, et Sanchez¹⁹ cum S. Bonaventura, S. Antonino,
Scoto, Silvestro, Navarro, Armilla, Gabriele,
Angelo et aliis, cum communi,
ut asserit Azor²⁰. Et clare favet D. Thomas²¹, ubi ait: *Si autem simpliciter ju-
ret absque dolo, tunc in foro conscientiae*

Jurans
sine animo
se obligan-
di juxta a-
lios non te-
neatur.

¹⁰⁾ In 2º 2º, qu. 89, art. 7, in resp. ad 4, v. *Dicendum
est ergo.* — ¹¹⁾ Tr. 2, disp. 1, qu. 3, cap. 8, § 3, qu. 3. — ¹²⁾ Loc. cit., n. 125. — ¹³⁾ Decal., lib. 3, cap. 8, § 2, n. 7. — ¹⁴⁾ Tr. 2, disp. 1, qu. 3, cap. 8, § 3, qu. 3. — ¹⁵⁾ Loc. cit., n. 125. — ¹⁶⁾ Decal., lib. 3, cap. 10, n. 8. — ¹⁷⁾ S. Bonav., in 3, dist. 39, art. 3, qu. 1. — ¹⁸⁾ S. Anton., part. 2, tit. 10, cap. 6, cas. 5. — ¹⁹⁾ Scotus, in 3, dist. 39, qu. un., artic. 3, n. 10. — ²⁰⁾ Silvestr., v. *Juramentum IV*, qu. 7 et qu. 19. — ²¹⁾ Navar., in can. *Humanæ aures*, qu. 3, num. 6. — *Ar-
millia*, v. *Jurare*, num. 14. — *Gab. Biel*, in 3, dist. 39, qu. 1, artic. 2, concl. 5. — *Angel.*, v. *Juramentum V*, num. 9 et 32. — ²²⁾ In 3, dist. 39, qu. 1, art. 3, solut. 3, in fine.

de animo implendi necne; sed simpliciter ne-
gat esse mortale sic jurare sine animo se obli-
gandi ex vi virtutis religionis, quia non est
juramentum. Cfr. etiam quod dixi nota su-
periori.

²³⁾ Renzi, lib. 2, tr. 2, cap. 1, sect. 2, qu. 6:
« Certum est, inquit, quod si quis habeat ani-
mum jurandi, sed non se obligandi, ... non
peccat mortaliter».

²⁴⁾ Rectius dicetur: Lessius, lib. 2, cap. 42,
n. 37, vocat hanc sententiam communem.

non obligatur, nisi secundum suam intentionem. Et idem confirmat¹: *Si autem jurans dolum non adhibeat, obligatur secundum intentionem jurantis.* Is autem jurat sine dolo (ut dicit Elbel² cum Illsung), qui jurat alicui nullum jus habenti ex justitia ad rem promissam.

Juxta alios tenetur.

Secunda tamen sententia affirmit, teneri ad servandum juramentum. — Hanc tenent Lessius³ (licet vocet oppositam valde probabilem), Cajetanus⁴, Suarez⁵, Sotus⁶; item Valentia, Sayrus, Filluci, Aragon apud Bonacina⁷, et Renzi⁸. Ratio, quia qui jurat cum animo jurandi, jam verum juramentum emittit. Et ideo tenetur efficere, ad servandam reverentiam divini Nominis, ut verum evadat quod jurat; nec potest a juramento separare obligationem implendi promissum: cum obligatio oriatur ex ipso juramento, de cuius natura est, ut effectum habeat quod juratur, ne vocetur Deus in testem falsitatis. — Et in hoc apparet differentia inter votum seu contractum, et juramentum. Nam in illis, obligatio pendet ab intentione voventis vel contrahentis; in juramento autem, ex vi ipsius juramenti.

Utraque probabilis.

Prior probabilior.

Utraque sententia est probabilis; sed prima est probabilior. — Nam ratio hujus secundae sententiae supponit ut certum, tale juramentum, sine animo se obligandi emissum, esse verum juramentum. Attamen probabilior est, et commune, ut assentur Salmant.⁹ cum aliis ut supra, et etiam Viva¹⁰ (contra Lessium¹¹), quod

¹ 2^a 2^a, qu. 89, art. 7, ad 4. — ² Loc. cit., n. 118. — ³ Illsung, tr 5, disp. 1, num. 56. — ⁴ Lib. 2, cap. 42, n. 37 i. f. et n. 38. — ⁵ In 2^a 2^a, qu. 89, art. 7, in resp. ad 4, v. *Dicendum est ergo.* — ⁶ Lib. 2, cap. 7, n. 11. — ⁷ De Just. et Jure, lib. 8, qu. 1, art. 7, Quartum argum., dub. — ⁸ Valent., in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 7, punct. 4, v. *Tertio modo.* — ⁹ Sayr., Clav., lib. 5, cap. 6, n. 8. — ¹⁰ Fill., tr. 25, cap. 6, n. 145 et 146. — ¹¹ Aragon, in 2^a 2^a, qu. 89, art. 7, in solut. ad 4 arg., concl. 4.

h) Viva, in propos. 25 Innoc. XI, n. 13, adducit Sanchez, qui ipse vocat hanc opinionem probabiliorem: « Penes quem [Sanchez] probabilior est sententia putantum idem dicendum [non teneri virtute religionis] de eo, qui jurat sine animo se obligandi; quia, re bene inspecta, non jurat, dum ponit conditio nem naturae juramenti contrarium ».

i) S. Bonaventura citatur a Sanchez pro contraria sententia, quam videtur, inquit, tenere in 3, dist. 39, art. 3, qu. 2. — Leonardus Lessius pariter citatur a Sanchez pro

hujusmodi juramentum non sit verum juramentum: tum quia caret conditione necessaria ad naturam juramenti promissori, qualis est animus se obligandi; tum quia juramentum sequitur naturam missionis quam confirmat, ut certum est apud Busenbaum (infra, n. 180) cum Lessio, Bonacina, etc. — At promissio sine tali animo facta, non est quidem promissio, sed simplex propositum; ergo, evanescente promissione, evanescit etiam juramentum, et habetur ut factum sine animo jurandi, quod certe, ut vidimus, nullum est. Si autem nullum existit juramentum, nulla existit obligatio illud implendi.

III°. — Si demum quis jurat *sine animo implendi*, sed cum animo jurandi et se ^{sine animo implendi, lethale.} Jurare

An autem *is obligetur ad implendum promissum?*

Respondetur affirmative; quia viget tunc essentia et obligatio juramenti. Tamburinius¹¹, Mazzotta¹², et Sanchez¹³ cum S. Bonaventura¹⁴, Leonardo¹⁵ et Suarez, qui oppositionem vocat improbabile. — Et hoc dicendum, etiamsi is nullum habuerit animum se obligandi ex vi promissionis; quia obligatur aliunde ex vi juramenti: ut Sanchez¹⁴, Tamburinius¹⁵ et Mazzotta¹⁶. — Qui etiam recte advertit, quod is, qui habet verum animum jurandi, et nihil cogitat de juramenti obligatione, vere obligatur: quia obligatio

Hoc modo jurans, tenetur adimplendum.

Habens animum jurandi, non cogitans de obligatione, tenetur.

⁷ Disp. 4, de 2^a Praec., qu. 1, punct. 7, n. 3. — ⁸ Lib. 2, tr. 2, cap. 1, sect. 2, qu. 5. — ⁹ Tr. 17, cap. 1, n. 19. — ¹⁰ Lib. 2, cap. 42, n. 39. — ¹¹ Less., loc. cit., n. 11 et 22. — ¹² Bonac., loc. cit., punct. 16, a n. 1. — ¹³ Decal., lib. 8, cap. 3, § 2, num. 7. — ¹⁴ Tr. 2, disp. 1, qu. 8, cap. 3, § 3, qu. 3. — ¹⁵ Decal., lib. 8, cap. 10, num. 5. — ¹⁶ Suar., lib. 2, cap. 7, n. 21. — ¹⁷ Loc. cit., n. 6. — ¹⁸ Loc. cit., n. 7. — ¹⁹ Loc. cit.,

sententia contraria, in quantum negat eam improbabilem esse, quando juramentum inique extortum est. Et re quidem vera Lessius, loc. cit., cap. 42, n. 40 et 41, ita scribit: « Si tertio modo jures, scilicet absque animo implendi, quidam insinuant non nasci obligationem... Haec sententia non videtur improbabilis, quando juramentum inique extortum est. Contrarium tamen est verum et multo probabilius.. Nec refert utrum metu extortum sit, annon ». Unde Lessius ipse tenet eamdem sententiam quam S. Alphonsus.

Secus, si ignoret obligationem.

sequitur ex ipsa juramenti natura; et qui vult actum, vult consequenter ejus proprietates.

Idem ait, si ille ignoret obligationem juramenti. — Sed huic probabilius contradicunt Salmant.¹, loquendo de voto; ubi ex sententia communissima dicunt, quod si quis ignoret votum trahere secum obligationem, et cum hoc errore emitat votum, obligationem nolendo, is ad votum non obligatur; quia nemo obligationem contrahit, nisi volens sibi illam imponat. Vide dicenda de Voto, n. 201, v. *Sed quer. I.* Et vide mox supra dicta, ubi vidimus cum D. Thoma, juramentum non obligare ultra intentionem jurantis.

Si autem quis injuste cogatur, puta a latrone, ad aliquid promittendum cum violatur juramentum: in qua violatione minime datur parvitas materiae. Idque videtur sentire S. Thomas⁹, ubi ait, quod si quis compellitur invitus aliquid promittere sub juramento; licet postea in judicio poterit repetere quod solvit, tenetur tamen interim solvere promissum: *Quia magis debet damnum temporale sustinere, quam juramentum violare.*

Secunda vero sententia non minus probabilis, immo forte probabilior, affirmat. — Et hanc tenent Suarez¹⁰, Sotus¹¹, Azor¹², Castropalaus¹³, S. Antoninus¹⁴, Navarrus¹⁵, Silvester¹⁶, Laymann¹⁷; et Salmant.¹⁸ cum Aragon, Sanchez, Joanne a S. Thoma, Rodriguez, Trullench, etc. — Ratio, quia in juramento promissorio, Deus non proprie ut testis adducitur (nam aliqui perjurium committeretur, etiamsi deinde promissio ex justa causa non im-

¹ Tr. 17, cap. 1, n. 23. — ² D. Thom., 2^a 2^a, qu. 89, art. 7, ad 4. — ³ Lib. 3, part. 1, n. 278. — ⁴ Suar., lib. 2, cap. 7, n. 20, i. f. — ⁵ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 11, n. 17. — ⁶ Diana, part. 9, tr. 8, resol. 56. — ⁷ Valent., in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 7, punct. 3, concl. 3. — ⁸ Lib. 4, cap. 22, n. 1. — ⁹ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 4, num. 23. — ¹⁰ Lib. 4, tr. 8, cap. 14, num. 6. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Lib. 2, cap. 42, num. 23. — ¹³ Disp. 4, de 2^a Praec., qu. 1, punct. 14, n. 2. — ¹⁴ Valent., loc. cit. — ¹⁵ Barthol. Medina, Sum., lib. 1, cap. 14, § 4, reg. 4th. — ¹⁶ Tr. 17, cap. 2, n. 52. — ¹⁷ 2^a 2^a, qu. 89, art. 7, ad 3. — ¹⁸ Lib. 3,

¹⁹ 2^a 2^a, qu. 89, art. 3, Dubium grave, concl. 1. — ²⁰ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 4, n. 23. — ²¹ Joan. a S. Thom., in 2^a 2^a, qu. 89, disp. 29, art. 8, resp. ad arg. 2. — ²² Rodriguez, Sum., part. 1, cap. 191, n. 5. — ²³ Trull., lib. 2, cap. 1, dub. 6, n. 6.

²⁴ Reginaldus non recte a Salmant. cita-

« Deus ut testis, quod sit facturus: ergo, « si sine causa non facit quantum in se « est, facit Deum testem falsum. Cajeta- « nus², Valentia, Toletus³ et alii. — « Nihilominus, probabiliter alii tenent con- « trarium; ut Sanchez. Vide Laymann⁴.

Magna est Quaestio: *An detur par-
tas materiae in transgressione juramenti
promissori:* ita ut promittens dare ali-
quid modicum, si verum habeat animum
praestandi dum jurat, sed postea non pae-
stat, tantum leviter peccat?

Prima sententia valde probabilis, ne-
gat. — Hanc tenent Cajetanus², Tol-
etus⁵, Lessius⁶, Bonacina⁷; item Valen-
tia, Reginaldus⁸, Medina, Candidus⁹, etc.,
apud Salmant.⁸ — Ratio, quia tunc jam
violatur juramentum: in qua violatione
minime datur parvitas materiae. Idque
videtur sentire S. Thomas⁹, ubi ait, quod
si quis compellitur invitus aliquid promit-
tere sub juramento; licet postea in judi-
cio poterit repetere quod solvit, tenetur
tamen interim solvere promissum: *Quia
magis debet damnum temporale sustinere,
quam juramentum violare.*

Defectus secundae veritatis,
« vere pejerat is qui, quod promisit, postea
« non implet, si rationabiliter impleat po-
« test.

« Id solum hic dubitatur, an qui pro-
« misit rem exiguum cum juramento, ut
« v. gr. dare alteri unum pomum vel
« nummum pro eleemosyna, vel castigare
« prolem, vel inter vendendum nolle se
« minori pretio vendere, vel nolle pri-
« mum locum occupare, aut praecedere
« in ingressu portae, etc.; an, inquam,
« sub gravi peccato teneatur haec ser-
« vare. — Ubi speculative quidem vide-
« tur, quod sic; quia vere adductus est

¹ Tr. 17, cap. 1, n. 9. — ² Da Just. et Jure, lib. 8, qu. 1, art. 7, ad 4. — ³ Lib. 3, part. 1, n. 278. — ⁴ Suar., lib. 2, cap. 7, n. 20, i. f. — ⁵ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 11, n. 17. — ⁶ Diana, part. 9, tr. 8, resol. 56. — ⁷ Valent., in 2^a 2^a, disp. 6, qu. 7, punct. 3, concl. 3. — ⁸ Lib. 4, cap. 22, n. 1. — ⁹ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 4, num. 23. — ¹⁰ Lib. 4, tr. 8, cap. 14, num. 6. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Lib. 2, cap. 42, num. 23. — ¹³ Disp. 4, de 2^a Praec., qu. 1, punct. 14, n. 2. — ¹⁴ Valent., loc. cit. — ¹⁵ Barthol. Medina, Sum., lib. 1, cap. 14, § 4, reg. 4th. — ¹⁶ Tr. 17, cap. 2, n. 52. — ¹⁷ 2^a 2^a, qu. 89, art. 3, Dubium grave, concl. 1. — ¹⁸ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 4, n. 23. — ¹⁹ Joan. a S. Thom., in 2^a 2^a, qu. 89, disp. 29, art. 8, resp. ad arg. 2. — ²⁰ Rodriguez, Sum., part. 1, cap. 191, n. 5. — ²¹ Trull., lib. 2, cap. 1, dub. 6, n. 6.

²² V. Cirklo hoc autem. — ²³ Lib. 4, tr. 3, cap. 4, num. 23. — ²⁴ Lib. 4, tr. 8, cap. 14, num. 6. — ²⁵ Loc. cit. — ²⁶ Lib. 2, cap. 42, num. 23. — ²⁷ Disp. 4, de 2^a Praec., qu. 1, punct. 14, n. 2. — ²⁸ Valent., loc. cit. — ²⁹ Barthol. Medina, Sum., lib. 1, cap. 14, § 4, reg. 4th. — ³⁰ Tr. 17, cap. 2, n. 52. — ³¹ 2^a 2^a, qu. 89, art. 3, Dubium grave, concl. 1. — ³² Sanch., Decal., lib. 3, cap. 4, n. 23. — ³³ Joan. a S. Thom., in 2^a 2^a, qu. 89, disp. 29, art. 8, resp. ad arg. 2. — ³⁴ Rodriguez, Sum., part. 1, cap. 191, n. 5. — ³⁵ Trull., lib. 2, cap. 1, dub. 6, n. 6.

³⁶ V. Probabilitas materiae. — ³⁷ Lib. 2, cap. 42, num. 23. — ³⁸ Lib. 3, part. 1, n. 278. — ³⁹ Part. 1, lib. 11, cap. 5, quae. 3. — ⁴⁰ Tr. 14, disp. 1, punct. 6, n. 8. — ⁴¹ Part. 2, tit. 10, cap. 4, § 1, v. Tertium. — ⁴² Man., cap. 12, n. 10. — ⁴³ V. Jura-
mentum IV, qu. 1, v. Cirklo hoc autem. — ⁴⁴ Lib. 4, tr. 3, cap. 4, num. 23. — ⁴⁵ Lib. 4, tr. 8, cap. 14, num. 6. — ⁴⁶ Loc. cit. — ⁴⁷ Lib. 2, cap. 42, num. 23. — ⁴⁸ Disp. 4, de 2^a Praec., qu. 1, punct. 14, n. 2. — ⁴⁹ Valent., loc. cit. — ⁵⁰ Barthol. Medina, Sum., lib. 1, cap. 14, § 4, reg. 4th. — ⁵¹ Tr. 17, cap. 2, n. 52. — ⁵² 2^a 2^a, qu. 89, art. 3, Dubium grave, concl. 1. — ⁵³ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 4, n. 23. — ⁵⁴ Joan. a S. Thom., in 2^a 2^a, qu. 89, disp. 29, art. 8, resp. ad arg. 2. — ⁵⁵ Rodriguez, Sum., part. 1, cap. 191, n. 5. — ⁵⁶ Trull., lib. 2, cap. 1, dub. 6, n. 6.

Probabilitas
materiae.

Forte pro-
babilius da-
tur.

pleretur); sed solum tamquam auctoritatem praebens obligationi, quae oritur ex promissione coram Deo facta: prout si quis aliquid promitteret coram principe, intendens ex illius auctoritate suam firmare promissionem. — Hinc dicunt quod, cum postea promittens non implet quod promisit, non jam peccat pejorando: quia perjurium tum tantum patratur, cum invocatur Deus in testem mendacii; abest vero mendacium, ubi jurans habet voluntatem implendi promissum. Non implere autem promissionem non est mendacium, sed infidelitas, et aliquantulum gravior, ratione irreverentiae quae Deo irrogatur, coram quo promissio facta est; sed cum res promissa non sit gravis, hujusmodi infidelitas ad gravem culpam non pertinet.

Sic etiam ajunt Salmant.¹ cum S. Antonino², Navarro³, Castropalao, et aliis supra relatis, quod si quis jurat servare secretum, et postea non servet, haud graviter peccat: nisi illud manifestet cum gravi laesione proximi vel communitatis.

« 3°. Illud certum est, quod si ex eo quod jurasti, tantummodo parum aliquid non serves, non est grave; v. gr. si jurasti te non bibiturum vinum, non peccas mortaliter parum bibendo: Sanchez⁴; quia tunc excusat parvitas materiae. Et sic excusantur qui jurant servare statuta alicujus capituli, collegii,

¹ Tr. 17, cap. 2, n. 88. — ² Castrop., tr. 14, disp. 2, punct. 7, § 5, n. 3. — ³ Sanch., Decal., lib. 8, cap. 14. — ⁴ Laym., lib. 4, tr. 3, cap. 14, n. 6. — ⁵ Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 14, num. 2. — ⁶ De Jure et Just., cap. 89, qu. 5. — ⁷ Part. 1,

« Universitatis, etc., si postea parvum aliquid statutum violent. Et idem dic de tabellionibus juratis et aliis ministris stitiae; ut et de eo qui ex summa, quam alteri se daturum jurasset, parum tantum detraheret. — Navarrus⁵, Suarez⁶, Sanchez. Vide Laymann, Bonacina⁷.

174. — « 4^o. Obligaris probabiliter jumento promissorio, etsi extortum a te sit per injuriam ac metum; ut si oblitus uti aequivocatione, jurasti praedonibus dare lytrum, usurario usuram. Bicanus⁸, etc. — Negat tamen Azor⁹ in materia matrimonii; quia matrimonium coactum metu cadente in constantem virum, nullum est. Hinc etiam jumentum extortum de eo contrahendo, videtur relaxatum ipso jure, ait Cajetanus¹⁰. Suarez¹¹, Sanchez, Bonacina¹².

Quaestio magna est: *Num obliget in conscientia juramentum metu extortum?* — Dicitur: *in conscientia*; quia in foro externo, ubi praesumitur non adfuisse animus jurandi, certe non obligat tale jumentum, ex cap. *Verum, de jurejur.*¹³. — Quoad forum autem *internum*.

Prima sententia negat obligare, cum Azor¹⁴, S. Antonino¹⁵, Silvestro¹⁶, Lopez¹⁷, Angelo¹⁸, Panormitano¹⁹ et aliis, apud Sanchez²⁰; qui eam probabilem vocat, ex authent. *Sacramenta, C. Si adversus venditionem*: ubi dicitur, talia ju-

lib. 1, cap. 11, quer. 15. — ⁵ Sum., v. *Perjurium promissorum*, v. f. — ⁶ Lib. 2, cap. 9, n. 5; cap. 10, n. 2 et 4, n. 9 et 17. — ⁷ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 11, n. 21. — ⁸ Loc. cit., punct. 9; cfr. de Imped. Matrim., qu. 3, punct. 8, n. 26 et 27.

Partem modicam non servare, ve-

dilecti. — a) Cap. *Verum 15, de jurejur.*, dicit Ecclesiam consueuisse ab hujusmodi jumentis absolvere; sed [si fideles] non ea attenderint, non ob hoc sunt tamquam pro mortali crimen puniendi».

b) Azor, part. 1, lib. 1, cap. 11, qu. 15, id concedit tantum in materia matrimonii.

c) S. Antoninus, part. 2, tit. 10, cap. 6, cas. 5; Gregor. Lopez, part. 3, tit. 11, lex fin. (29), glossa 2, v. *Que la fizo*; Angelus, v. *Juramentum V*, n. 11; Panormitanus, in cap. *Cum contingat 28, de jurejur.*, n. 3; negant valere ejusmodi jumentum, sed in casibus a lege prohibitis; et pro hac sententia sic explicata citantur a Sanchez, *de Matrim.*, lib. 4, disp. 20, n. 3.

d) Silvester, v. *Juramentum IV*, qu. 7, oppositum tuerit, dicens jumentum metu ex-

affertur.

ramenta nullius momenti esse habenda. Hinc dicunt quod promissio sic jurata, vel irrita est, vel rescindibilis a metum passo. Secunda tamen sententia longe probabilior, quam tenent S. Thomas¹, Salmant.² cum Bonacina, Soto, Lessio³, Sanchez⁴, Suarez; item Elbel⁵ (qui vocat communissimam) et Viva⁶ (qui vocat communem), dicit tale jumentum obligare. Ratio, quia tenemur efficere ut verum sit quod juramus, ne Deum testem falsi faciamus. Ideo ex cap. *Contingit, de jurejur.*, in 6^o, et aliis ut infra, regula est, quodlibet jumentum servandum esse, quod sine peccato impleri potest. Respondet autem, *Authenticam* citatam, non receptam, vel expresse revocatam fuisse a cap. 8 et 15 de *jurejur.*

Notandum autem, quod metum passus, tempore quo ad impletionem ex vi jumenti tenetur, potest illius relaxationem petere ab episcopo, vel a quocumque qui possit jumenta commutare, ut Salmant.⁷ cum Lugo, Villalobos et Ledesma. Et si jam solverit promissum, potest in iudicio repetere vel occulte sibi compensare; ut Viva⁸. (Vide de Contract., Lib. III, n. 717, v. *Quaer. 2*).

175. — « 5^o. Obligaris item, etsi jumentum sit errore aut dolo extortum, si dolus vel error versetur tantum circa

circumstantias accidentales non magni momenti. — Nam si versetur circa substantiam; ut v. gr., si annulum te datum rum alteri jures, putans esse ferreum, cum sit aureus: vel circa circumstantias magni momenti, quibus cognitis non jurasses; non obligaris. Vide Sanchez⁹, Suarez, etc. ».

Hanc doctrinam circa qualitates accidentales, probabilem putant Salmant.¹⁰; sed oppositam censem probabiliorem. — At vide n. 187, v. *Sed dubium*. Et de Voto, hoc Lib. III, n. 198, v. *Secus vero*; et n. 226.

176. — « 6^o. Non inducit ullam obligatio-

Circa sub-

Juramen-
tum de re
mala, indi-
ferenti, etc.
non obligat.

nem, si jures rem malam, aut vanam, aut inutilem, aut (ut habet Cajetanus) indifferentem, quae nec ex fine nec circumstantiis honestatur. Quia jumentum non potest esse vinculum iniquitatis, aut vanarum rerum ac otiosarum, ad quas Deus non vult nos obligari. Bonacina¹¹ et alii communiter. — Ubi nota ex Laymann¹², jumentum non convalescere, etsi talis res illicita et vana, postea mutatis circumstantiis fiat honesta: cum¹³ non firmetur tractu temporis, quod initio non subsistit ». [Cum Salmant.¹⁴].

Hinc etiam adde cum Elbel¹⁵, Palao et Tamburinio, quod si jumentum sit de

est. — ¹ 2^o 2^o, qu. 89, art. 7, ad 3. — ² Bonac., disp. 3, de Contract., qu. 1, punct. 1, n. 7, v. *Verum*. — ³ Sotus, de Just. et Jure, lib. 8, qu. 1, art. 7. — ⁴ Suan., lib. 2, cap. 10, a. n. 4. — ⁵ De Juram., n. 57. — ⁶ De Praec. Decal., qu. 7, art. 4, n. 7. — ⁷ Tr. 14, cap. 1, n. 65. — ⁸ Lugo, de Just. et Jure, disp. 22, n. 195. — ⁹ Villal., part. 2, tr. 19, diff. 12, n. 15 et 17. — ¹⁰ Pet. Ledesma., de Matrim., qu. 47, art. 3, diff. 3, v. *Sed adhuc*

tortum, obligatorium quidem esse, sed solum si dum juravit intendebat se obligare.

e) Salmant., tr. 14, cap. 1, n. 62, ita quidem tenent; sed excipiunt illos contractus, qui ob publicam utilitatem reprobant a jure, si cum metu gravi fiant; et sic sunt omnino invalidi et jumentum cadens super illos; ut est matrimonium et professio».

f) Lessius, lib. 2, cap. 42, dub. 6, consentit quidem; et pariter, cap. 17, n. 51; sed ibid., num. 52 et 53, ab hac doctrina excipit jumenta: 1º quando jus irritum reddit non solum contractum, sed etiam jumentum appositum; 2º quando jumentum factum est in favorem tertii, sed nemo acceptavit saltem valide, nec alias factum est per modum voti; 3º quando actus aliquis prohibetur seu irri-

tus declaratur principaliter ob favorem publicum.

g) Sanchez, de Matrim., lib. 4, disp. 20, n. 4, dicit valere, etiam in contractibus qui alias invalidi erant; exceptis tamen (n. 17 et seqq.) matrimonio; et (disp. 21, n. 3) sponsabilibus metu gravi contractis.

175. — a) Salmant., loc. cit., n. 21, de dolo seu errore antecedente loquuntur, de quo scribunt: « Si dolus circa qualitatem causam deridet contractui, etsi probabile sit illum redire irritum et inanem; probabilius tamen est ipsum validum et verum relinquere ».

176. — a) Bonacina, disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 4, n. 2, consentit huic opinioni; sed limitat: Nisi jumentum de re indifferenti in favorem tertii factum fuerit.

Juramentum in favorem tertii, quomodo obligatur.

servando aliquo a lege prohibito, non valeret, etiamsi lex prohibeat tantum sub poena; securus, si sit de aliquo a lege permisso.

177. - Juramentum in favorem tertii, semper ac impleri potest sine peccato, impleendum est; etiamsi sit contra consilia evangelica. Salmant.¹ cum Palao², Lessio, Sanchez, Suarez³, etc. Et etiamsi promissio facta irrita sit a jure in odium iniqui creditoris, velut promissio solvendi usuras, ut ex cap. *Debitores, de jurejur.* Et certum hoc esse apud omnes asserit Sanchez⁴. — vel promissio facta meretrici; licet tale juramentum fuerit illicium: ut Molina⁵, Suarez⁶, Cajetanus⁷, Sanchez⁸, cum Salmant.⁹ Intellige, si meretrice jam opus suum praestiterit; securus, si non. Sporer¹⁰, Laymann¹¹, Elbel¹².

Aliter tamen dicendum, si promissio sit irrita a jure, quia esset contra bonum commune. Ratio, quia tunc ipsa impletio illicita esset. — Ideo non obligat juramentum metu extortum super professione, matrimonio, sponsalibus, renuntiatione fori ecclesiastici, si sit clericus: item, super donatione a clero vel a milite facta concubinae. Ita Salmant.¹³, cum Busenbaum¹⁴ (*n. 174*).

Quaeritur autem, cum contractus est irritus a jure in favorem tantum promittentium: *utrum tunc juramentum firmet contractum;* ita ut promissarius ex eo acquirat jus iustitiae?

¹ Tr. 17, cap. 2, n. 69. — ² Less., lib. 2, cap. 42, n. 20 et 21. — ³ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 9, n. 19. — ⁴ Decal., lib. 8, cap. 11, n. 3. — ⁵ Loc. cit., cap. 2, n. 69. — ⁶ Tr. 3, cap. 1, n. 55. — ⁷ De Juram., n. 88. — ⁸ Tr. 14, cap. 1, n. 67, ex cap. *Si diligenter* 12, de foro compet. — ⁹ Asor., part. 1, lib. 11, cap. 7, qu. 1, v. *Sed concessis.* — ¹⁰ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 12, n. 8 et 11. — ¹¹ De Juram., n. 61. — ¹² Tr. 8, cap. 1, n. 53. — ¹³ Tambur., Decal., lib. 3, cap. 3, § 6, n. 5.

177. — ^{a)} Palaus, tr. 14, disp. 2, punct. 6, n. 4, concordat, excipiens tamen liberalerem matrimonii promissionem, quam servare non tenet, si religionem ingredi volueris. — Et pariter Suarez, lib. 2, cap. 12, n. 14, excipit ea «quae ad statum perfectionis pertinent».

^{b)} Molina, *de Just. et Jure*, tr. 2, disp. 515, n. 9, (cfr. disp. 149, n. 5); Suarez, lib. 2, cap. 24, n. 2 et 3; Sanchez, Decal., lib. 3, cap. 9, n. 22, principium tantum generale tradunt, quo nititur solutio hujus casus, scilicet: Juramentum, etsi illicitum, obligatorium nihilominus esse, si res promissa absque peccato (in ipsa datione) praestari possit.

Affirmant Azor, Sanchez et alii. — Sed probabiliter negant Elbel¹, ac Sporer² *Contractus jure irritus non firmatur juramento.* Tamburinio, Potestà, Pichler, etc.

Ratio, quia nullo modo juramentum habet vim firmandi hujusmodi contractum. Non ex se: quia solum obligat virtute religionis; non ex jure positivo: nam licet tales contractus debeant servari ob juramentum, nullibi tamen habetur servandos esse ex justitia. Et ideo haec obligatio non transit ad haeredes jurantis; et ipse jurans deobligatur, relaxato juramento. Vide Elbel¹⁰.

³ Nec obligaris implere, si quid iurasti contra consilia evangelica: ut, non ingredi religionem, non dare eleemosynam, etc. Molina, Sanchez, Laymann¹¹. — Et licet peccaris talia jurando, non tamen peccas non implendo. Vide Cajetanus¹². [Ita Salmant.¹³. — Nisi juramentum fiat in favorem tertii: cum Lessio, Sanchez, Suarez, Palao¹⁴, etc., ut mox supra; et eodem Busenbaum, mox infra].

⁴ Teneris implere, nec potes commutare in aliquod opus melius, ut v. gr. religionem, si aliquid jurasti in utilitatem aut gratiam alicujus hominis aut aliquorum; dummodo sit honestum, et sine peccato impleri possit. Unde v. gr. alumnus, qui juravit se servitum principi, aut huic vel isti ecclesiae, etc., non potest ingredi religionem sine relaxatione. — Excipe tamen, si jurasses Titiae

et 7. — ¹ Potest., tom. 1, n. 1639. — ² Pichler, *Compend. jur. can.*, lib. 2, tit. 24, n. 7. — ³ Cap. *Cum contingat* 28, de jurejur. — ⁴ De Juram., n. 64. — ⁵ Molina, tr. 2, disp. 149, n. 9. — ⁶ De Juram., n. 88. — ⁷ Tr. 14, cap. 1, n. 67, ex cap. *Si diligenter* 12, de foro compet. — ⁸ Asor., part. 1, lib. 11, cap. 7, qu. 1, v. *Sed concessis.* — ⁹ Sanch., Decal., lib. 3, cap. 12, n. 8 et 11. — ¹⁰ De Juram., n. 61. — ¹¹ Tr. 8, cap. 1, n. 53. — ¹² Tambur., Decal., lib. 3, cap. 3, § 6, n. 5.

c) Cajetanus, in 2am 2ae, qu. 32, art. 7, in universum loquitur, dicens aliquid pro meretricio dari post factum, non esse malum, sed actum iustitiae; ante factum vero, illicium esse.

d) Laymann, lib. 4, tr. 3, cap. 6, n. 2, ita scribit de hac re: «Saepe accidit ut aliquis, promittendo ac jurando peccet... cum interim, si res promissa ac jurata prohibita non sit, atque sine peccato exsecutioni mandari possit, utique debeat».

e) Busenbaum, n. 174, id non habet.

f) De Palao, vide notam a hic supra, ubi concordat sub quadam limitatione.

«eam ducere: nam eo casu potes, ea regesta, ingredi religionem; quia juramentum sortitur naturam actus cui apponitur; promissione autem matrimonii haec tacita conditio inest: nisi ingrediar religionem. — Vide Laymann¹, Bonacina².

178. - Quaeritur 1°. *An juramentum non ludenda obliget ad abstinentiam etiam a ludo licito et modicue quantitatis?* —

Resp. Si juramentum sit factum non ludendi in genere, convenient omnes, non obligare ad abstinentiam a lusu honesto et moderato. Vide Salmant.³.

Dubium est, si juramentum expresse, et specialiter factum sit *abstinentia etiam a ludo licito et moderato:* an obliget? —

Negant Dicastillus, Navarrus⁴, Rodriguez⁵ et Bassaeus⁶, apud Salmant.⁷; quia talis latus pertinet ad virtutem eu-trapeliae. — Sed affirmandum est cum Salmant.⁸, Tamburinio, Palao, Bonacina, Sanchez et communis⁹; quia actus majoris virtutis est se abstinenre etiam ab aliquo actu virtuoso, ad majorem perfectiōnem. Hinc si jurans majus bonum expresse intenderit in abstinentendo se a ludo, puta, ut Deo vacet, se mortificet, etc., tenetur implere; securus, si sine tali fine juraverit. Salmant.¹⁰.

In hoc autem ludo, bene potest dari materiae parvitas; quae metienda est juxta finem intentum a jurante. Vide Salmant.¹¹.

v. *Dico* 16. - *Trull.*, lib. 2, cap. 1, dub. 18, n. 4. - *Fagund.*, *Decal.*, lib. 2, cap. 26, num. 8. — ¹⁰ *De Matrim.*, lib. 1, disp. 50, num. 2. — ¹¹ *Tr. 17, cap. 2, n. 95.* — *Dicat.*, de *Just.*, tr. 18, de *Ludo*, disp. 1, dub. 2, n. 15. — ¹² *Reg.* 18, de *reg. jur.*, in 6. — ¹³ *Loc. cit.* n. 96. - *Tambur.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 8, § 5, n. 58. — *Sanc.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 9, n. 11; *cfr. cap. 4, n. 30.* — ¹⁴ *Lib.* 3, part. 1, n. 10; *cfr. cap. 6, n. 5.* — ¹⁵ *Summa, v. Perjurium promissorum.* — ¹⁶ *Tr. 17, cap. 2, n. 58.* — ¹⁷ *Less.*, lib. 2, cap. 42, n. 20 et 21. — ¹⁸ *Sanc.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 9, n. 19. — ¹⁹ *Suar.*, lib. 2, cap. 12, n. 14.

178. — ^{a)} Navarrus, *Manual.*, cap. 12, n. 11, non tenet hanc opinionem expresse; sed ai-mentum non ludendi, intelligendum esse «de ludo illico in magna quantitate...», et non de ludo licito in parva quantitate».

^{b)} Rodriguez similiter, *Sum.*, part. 1, cap. 188, n. 10, scribit: «Votum non ludendi non obligat quoad ludem qui exercetur ratione alicujus justae delectationis, recreandi animi gratia...», quia est contra bonum morem».

^{c)} Bassaeus, v. *Ludus III*, n. 13, male a Salmant. adducitur pro hac sententia; ipse enim tenet sententiam contrariam, quam ipse S. Alphonsus approbat: loquitur enim de jura-

— Potest etiam talis jurans dare pecuniam alteri ad ludendum, et ipsum observare, et etiam adjuvare¹; quia hoc proprie non est ludere. Sanchez², Bonacina³, Palaus⁴; et Salmant.⁵ cum Candido, Trullenbach, Fagundez, etc.

179. - Quaeritur 2°. *An obliget juramentum factum contra prius juramentum?* — Distinguendum:

Si juramentum alteri opponitur *in actu jurandi*, puta, si jurasti non amplius jurare, et postea jures, v. gr. jejunare; teneris ad jejunium. Quia secundum juramentum est tunc de materia licita, quamvis peccasti jurando.

E converso, juramentum secundum est nullum, si opponatur priori *in materia jurata*; quia tunc esset de materia illicita. Hinc si jurasti matrimonium Caja (immo etiam si simpliciter promisisti, ut docet Sanchez¹²), et postea jures Titiae, hoc secundum non obligat; etiamsi postea Caja remittat promissionem: ex regula: *Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit*¹³. Ita Croix¹⁴ cum Sanchez, Palao, Tamburinio; et Salmant.¹⁵ cum Suarez, etc. — Notat tamen Croix¹⁶ cum Sanchez, Tamburinio et communis, quod si contractus posterior juratus impletatur, validus est, quamvis illicitus; quia per juramentum non invalidatur actus qui alias valide fieri poterat.

Juramentum priori oportet, quando obligatur.

Quando sit nullum.

An autem valeat votum contra aliud votum? — Vide infra, *de Voto*, n. 210.

180. — « Resp. II. Juramentum promis-
sorium eamdem habet conditionem, eo-
demque modo explicandum est, quo
promissio vel propositum cui est anne-
xum. Ratio est, quia accessorium se-
quitur principale; ideoque, quando non
obligat promissio, nec obligat juramen-
tum appositum. — Lessius¹, Bonacina²,
Trullench³.

Unde resolvest:

« 1°. Titius, qui cum juramento pro-
misit nuptias Bertae diviti, sanae, vir-
gini, bonae famae, etc., non tenetur stare
juramento, postquam Berta incidit in
paupertatem, infirmitatem, fornicatio-
nem vel infamiam; quia promissio ipsa
non obligat eo casu ». [Et hoc habetur
in cap. 25, *de jurejurando*].

« 2°. Qui urbanitatis causa juravit, se
ante alterum non sessurum, bhibitum,
vel ingressurum domum, etc.; non pec-
cat contra juramentum, si coactus ab
altero prius sedeat, bibat vel ingredia-
tur. Tum, quia promissio illa vel pro-
positum habet tacitam conditionem ad
junctam (nisi me coegeris): qua sublata,
non obligat; et consequenter nec jura-
mentum. Tum, quia relaxatur ab altero,
cedente juri suo. — Bonacina⁴, Sanchez,
Lessius, Trullench.

« 3°. Qui juravit, se servaturum de-
creta et regulas vel statuta alicujus Con-
gregationis, Universitatis vel capituli,
tantum tenetur servare ea quae sunt in
vigore, et quatenus sunt in usu, vel ser-
vantur a majore parte capituli; nisi ta-
men aliud constet de mente jurantis, vel

¹ Lib. 2, cap. 42, dub. 2, n. 11; cfr. dub. 4, n. 22. — ² Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 16, n. 1. — ³ Lib. 2, cap. 1, dub. 17, n. 1. — ⁴ Loc. cit., n. 2, v. *Quarto*. — *Sanch.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 9, n. 18. — *Less.*, loc. cit., cap. 42, n. 22. — *Trull.*, loc. cit., n. 5. — ⁵ Loc. cit., n. 8. — *Asor*, part. 1, lib. 11, cap. 8, qu. 8. — *Less.*, loc. cit., n. 22. — ⁶ Part. 3, tr. 6, resol. 39. — ⁷ Tr. 3, cap. 1, n. 77. — ⁸ Lib. 4, tr. 3, cap. 9, num. 4. — ⁹ *De Juram.*, n. 70. — ¹⁰ Cap. *Venientes* 19, de jurejurando. — ¹¹ Loc. cit., n. 70.

« hic voluerit se ad illa independenter a
statutis obligare^{a)}. Ratio patet, quia pro-
missio ipsa non aliter obligat. — Trul-
lench⁵, Azor, Lessius, Diana⁶. [Vide
dicenda n. 181].

In omni autem juramento promissorio,
fictione juris, tacite subintelliguntur se-
quentes conditiones. — 1°. *Si potuero*; quia
nemo censetur se obligasse ad rem im-
possiblem physice vel moraliter, scilicet
cum permagna difficultate non praevista^{b)}.
Ita Sporer⁷, Laymann⁸, Elbel⁹. — 2°. *Salvo
jure superiorum*¹⁰. — 3°. *Si is cui fit pro-
missio, acceptet vel non remittat*: haec
enim est promissionis natura, quam se-
quitur juramentum. Elbel¹¹. — 4°. *Si res
non fuerit notabiliter mutata*. (Vide n. 187,
v. *Non tenetur*) — 3°. *Si et altera pars
fidem servaverit*: intellige, si promissio
fuit mutua¹².

181. — Quaeritur: *quomodo obliget ju-
ramentum servandi statuta alicujus col-
legii, Congregationis, etc.?*

Attende quatuor regulas, communiter
a DD. in hoc punto traditas: — 1°. Quod
tale juramentum intelligitur de statutis
editis, non edendis. Salmant.¹³ — 2°. Quod
juramentum intelligitur obligare sub gravi
aut levi, vel tantum ad poenam, vel tan-
tum sub consilio, sicut obligat statutum.
Elbel¹⁴; Salmant.¹⁵ cum Palao, Sanchez,
Bonacina, etc. — 3°. Quod tale juramen-
tum non obligat ad statuta, quae non obli-
gant ob impossibilitatem vel ob desuetudini-
mem, vel quia sic sunt usu recepta; etiamsi
juramentum praestetur de aliquo statuto
particulari. Salmant.¹⁶ cum Suarez, Bonaci-
na, Sanchez, Prado, etc. — 4°. Quod
neque etiam obligat, si aliquod statutum

¹² Reg. 75, de reg. jur., in 6^o. — ¹³ Tr. 17, cap. 2, n. 77. — ¹⁴ Loc. cit., n. 91; cfr. num. 90. — ¹⁵ Loc. cit., num. 78. — *Pal.*, tr. 14, disp. 2, punct. 7, § 5, n. 6. — *Sanch.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 14, n. 2. — *Bonac.*, disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 16, n. 1 et n. 2, v. *Septimo*. — ¹⁶ Loc. cit., n. 79. — *Suar.*, lib. 2, cap. 32, n. 11; et de Poenit., disp. 35, sect. 3, n. 5. — ¹⁷ *Bonac.*, loc. cit.; cfr. etiam punct. 4, n. 2. — *Sanch.*, loc. cit., cap. 14, n. 7 et seqq. — *Prado*, Theol. mor., tom. 2, cap. 32, qu. 6, n. 14 et 15; cfr. etiam n. 10.

Conditiones tacitae
juramenti.

^{a)} Ad haec sapienter monet Sporer, loc. cit.: « Si tamen ejusmodi difficultas seu impos-
sibilitas moralis de facto tibi erat perspecta
quando jurasti, v. gr. inire militiam, servire
infirmis, etc., censeres te obligasse, etiam ad

Juramen-
tum servan-
di statuta,
quomodo obli-
get.

a majori parte communitatis non observe-
tur. Salmant.¹ cum Sà, Sanchez, Azor, etc.

Hinc inferunt Salmant.² cum Sanchez,
Palao, Trullench^{a)}, etc., quod officiales,
qui jurant servare taxam praescriptam,
non peccant aliquid aliud recipiendo, si
taxa sive stipendum sit insufficiens.

182. — Quaeritur ultra: *qualiter obliget
juramentum, quod praestant medici apud
collegia, ex pracepto S. Pii V*³, non visi-
tandi infirmos ultra tertium diem, nisi cer-
tificentur de confessione infirmi per re-
scriptum confessarii?

Dicunt Salmant.⁴ cum Sanchez, Prado,
Trullench^{a)}, Leandro, etc., tale juramen-
tum non obligare, si non sit usu receptum:
prout non esse receptum in Hispania te-
stantur (sicut nec etiam receptum est Nea-
poli). — Hinc dicunt ibi tunc medicum
tantum teneri, quando praevident in infirmo
probabile periculum mortis, et simul pro-
babiliter credit eum esse in mortali vel
necessarium esse ut disponat de rebus suis
ad solvenda debita, tollendas lites, etc. Ita
Salmant.⁵ et Pater Elbel^{b)}.

In dioecesi autem Neapolitana, per ult-
timam synodus factus est casus reser-
vatus cum excommunicatione; nam antea
erat sine excommunicatione. Ibi enim sic
dicitur: *Medici, qui visitantes in lecto in-
firmos, post tres dies a visitatione non
curaverint ut praedicti infirmi peccata sua
idoneo confessario confiteantur, aut alias
non deseruerint secundum terminos con-
stitutionum S. Pii V et Innocentii XI.* —

¹ Loc. cit., n. 80. — *Sa*, v. *Juramentum*, n. 25. — *Sanch.*, loc. cit., cap. 15, n. 2. — *Asor*, part. 1, lib. 11, cap. 8, qu. 8. — ² Loc. cit., n. 83. — *Sanch.*, loc. cit., cap. 14, n. 14. — *Pal.*, loc. cit., punct. 7, § 5, n. 5. — ³ Breve *Supra grecem*, 8 Mart. 1566, § 3 et 6, in Bullar. Rom. Mainardi. — ⁴ Loc. cit., n. 91. — *Sanch.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 16, n. 15. — *Prado*, loc. cit., cap. 32, qu. 6, num. 16. — *Leand.*, tr. 1, disp. 29,

illam exantlandam; secus, si tunc non fuit
praevista».

181. — ^{a)} Trullench, lib. 8, cap. 5, dub. 5,
n. 2, loquitur de taxa quae varietate tempo-
rum et circumstantiarum per contrarium usum
est abrogata.

182. — ^{a)} Sanchez, *Decal.*, lib. 3, cap. 16,
n. 15, absolute negat motum proprium S. Pii V
esse usu receptum. — Trullench pariter, lib. 2,
cap. 1, dub. 19, affert dictum Sanchezii, et ipse
negat esse receptum in sua dioecesi.

^{b)} Elbel, n. 89, dicit excusari posse medi-
cum a mortali, « si morbus non judicetur pe-

Sed, ut dixi, hujusmodi constitutio non est
Neapoli usu recepta, ut plures sapientes
mihi asseruerunt, quando infirmitas levis
est: dum vero periculosa est, viget con-
stitutio et reservatio. Hinc Mazzotta⁶, lo-
quens de praedicto casu reservato, ait
constitutionem S. Pii a consuetudine ita
temperatam esse, ut intelligatur tantum
de morbis periculosis.

Excusaretur tamen medicus, si per
alium moneret infirmum; vel si certe cen-
seret monitionem non profuturam. Dicitur
certe; nam in dubio tenetur monere. Ita
Elbel⁷, citans Sanchez, Bonacina, Tam-
burinum^{c)}, etc. Idem ait Mazzotta^{d)}, qui
addit sufficere testimonium domesticorum
vel ipsius infirmi de confessione recenter
peracta, si sint fide digni. Sed in hoc re-
gulariter dico domesticos facile ut suspec-
tos habendos. — Vide dicenda fusius de
hoc punto, *Lib. VI*, n. 664; et in *Praxi
Confessar.* n. 57, ad 6.

183. — ^{b)} Qui juravit se servaturum
secretum, non peccat contra juramen-
tum illud detegendo, quando non potest
illud celari absque gravi suo vel alte-
rius damno; quia ipsa promissio secreti
non videtur obligare, nisi hac conditione:
« si non noceat. Silvester, Bonacina, San-
chez, Trullench⁸ ». — Quoad revelan-
dum secretum, vide dicenda *Lib. III*,
n. 971, v. 2. *Quid*.

Juramenta autem de servando secreto,
quaes praestantur in Congregationibus cir-
ca electiones vel alia, obligant graviter vel

qu. 18 et 14. — ⁶ Tr. 17, cap. 2, n. 92. — ⁷ Tr. 6, disp. 1,
qu. 1, cap. 2, v. f. — ⁸ De Juram., n. 89. — *Sanch.*, *Decal.*, lib. 3, cap. 16, n. 12. — *Bonac.*, disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1,
punct. 16 n. 10. — *Silvest.*, v. *Juramentum IV*, qu. 10
et 15. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 16, n. 2, v. *Decimo*. —
Sanch., *Decal.*, lib. 3, cap. 17, n. 25. — ⁸ Lib. 2, cap. 1,
dub. 17, n. 12.

Juramen-
tum servan-
discretum.

Quaedam
secreta in
specie.

riculosus, vel si intra triduum ob sumpta me-
dicamina, infirmus supponatur evasisse peri-
culum ».

181. — ^{a)} Tamburinus, *Decal.*, lib. 3, cap. 3, § 5,
n. 51, haec dumtaxat scribit: « Satis est..., ut
medicus sive per se sive per alios, imminente
periculo, moneat infirmum de confessione; nec
tenetur testimonium exhibitare confessionis
scriptum petere, ut possit ad curandum aegrum
redire..., quia ejusmodi Pii lex non videtur
aliter recepta ».

^{b)} Elbel, n. 89, dicit excusari posse medi-
cum a mortali, « si morbus non judicetur pe-

re-

leviter, juxta nocumentum quod afferre possunt. Ita Elbel¹ cum Henno: quia obligatio juramenti sequitur obligationem secretri. — Idem dicunt Sporer^{a)}, Croix^{b)}, etc., de juramento servandi secretum circa artem conficiendi aliquam medicinam. Immone obstante juramento, teneris ex caritate eam revelare, si aliter quis subiret grave periculum mortis: cum juramentum non sit vinculum iniquitatis. Ita Croix cum S. Thoma^{c)}, Suarez^{c)}, etc.

« 5°. Qui juravit judici se dicturum quae novit, non tenetur revelare occulta. Ratio patet. — Lessius, Bonacina, Trullench^{d)}.

« 6°. Qui juravit, se solutum debitum intra mensem, non tenetur intra illum vi juramenti solvere, si a creditore terminus minus solutionis prorogetur: quia, cum hic cedat juri suo, cessat obligatio promissionis, et consequenter juramenti. — Azor^{d)}, Bonacina, Trullench^{e)}.

184. — Quaeritur 1°. *Utrum qui promittit concubinae cum juramento aliam non cognoscere, teneatur ad illud?*

Negant Diana cum Fagundez. Quia finis talis promissionis fuit pravus, nempe conservandi amicitiam; et quia tale juramentum praebaret occasionem permanendi in

¹ De Juram., n. 90. — *Henco*, in Decal., disp. 2, qu. 2, art. 4, concl. 3, resol. 3. — *Croix*, lib. 3, part. 1, n. 329. — *Less.*, lib. 2, cap. 42, n. 22. — *Bonac.*, disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 16, n. 2, v. *Undecimo*. — ^{a)} Lib. 2, cap. 1, dub. 17, n. 13. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 16, n. 7. — ^{b)} Loc. cit., n. 18. — *Diana*, part. 9, tr. 8, resol. 9. — *Fagund.*, Decal., lib. 2, cap. 24, n. 19. — ^{c)} Tr. 17, cap. 2, n. 70. — *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 15, n. 17. — *Prado*, tom. 2, cap. 32,

^{d)} Sporer, tr. 3, cap. 1, n. 42, dicit quod si alii aliunde satis provideatur, obligare omnino juramentum, «quia... esset contra iustitiam et jus illius magistri lucrum ex sua privata scientia reportandi, quo absque justa causa privari non potest».

^{b)} Croix, lib. 3, part. 1, n. 329, similiter: Si possit satis indigentia aut bono communione aliunde provideri, «teneris, inquit, celare usque ad finem vitae, si tibi supervivat alter, ne injuste impediatur lucrum illius qui te docuit».

^{c)} S. Thomas, *Quodlib. 12, art. 21*, in universum negat servari posse juramentum «contra omne id quod est de genere bonorum». — Et pariter Suarez, lib. 2, cap. 34, n. 6, negat in genere obligare juramentum cum prejudicio tertii seu boni communis, vel quod sit contra obligationem alicujus virtutis, caritatis aut misericordiae.

peccato. — Sed affirmant probabilius Salmant.^{f)} cum Sanchez et Prado; quia ex regula generali impleri debet juramentum semper ac impleri potest sine peccato: occasio autem illa venit per accidens.

185. — Quaeritur 2°. *Utrum promissio prodiga cum juramento obliget?*

Affirmant alii apud Salmant.^{g)} — Sed probabilius negant Salmant.^{h)} cum Soto, Suarez, Trullench, etc. Quia talis promissio saltem est leviter mala; et ideo juramentum, cum non sit vinculum iniquitatis, non obligat: *ex reg. juris [58] in 6°: Non est obligatorium contra bonos mores praestitum juramentum.* — Salmant.ⁱ⁾ Vide dicenda de Matr., lib. VI, n. 851, v. *Cum autem*.

186. — Quaeritur 3°. *Utrum, qui promisit redire ad carcerem cum juramento, teneatur ad illud cum probabili timore mortis vel gravissimi damni injusti?*

Prima sententia negat; quia esset actio mala, sponte morti se offerre. Ita Navarrus^{a)}; et Vasquez, Pontius, Covarruvias, Tamburinius, Reginaldus, apud Salmant.^{j)} — Secunda sententia multo probabilius affirmit; quia, posita promissione, redire esset opus virtutis. Ita Toletus^{k)}, Suarez^{b)},

qu. 3, n. 15 et 17. — ^{f)} Loc. cit., n. 71. — ^{g)} Loc. cit. - *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 4, qu. 7, art. 1, ad 2, v. *An vero contra*. — *Suar.*, lib. 2, cap. 23, n. 8. — *Trull.*, lib. 7, cap. 14, dub. 8, n. 2. — ^{h)} Loc. cit., n. 68. — *Vasq.*, in 1^o 2^o, disp. 174, cap. 5, n. 35. — *Pontius*, de Matrim., lib. 12, cap. 8, n. 20. — *Covar.*, Variar. lib. 1, cap. 2, n. 7. — *Tambur.*, Decal., lib. 3, cap. 8, § 5, n. 30 et 31. — *Regin.*, lib. 18, n. 61, v. *Porro*. — ⁱ⁾ Tr. 17, cap. 2, n. 74. — ^{j)} Lib. 4, cap. 22, n. 2.

^{a)} Azor, part. 1, lib. 11, cap. 8, qu. 13, alio modo casum praesentem solvit, et ait: Quando prorogatus est solvendi terminus, ipsum quoque «jusjurandum prorogari una cum solutione debiti ad tempus dilata»; ita ut, si in termino sic prorogato, debitum non solvat, «perjurii crimine teneatur».

186. — ^{a)} Navarrus, *Man.*, cap. 12, n. 18, dicit peccare eum, qui in carcere non revertitur, «quamvis sciat se ob id mortem obtutum, eamque sibi inferendam injuste». Quod tamen ita intelligendum esse vult: «Dummodo carcer non sit injurious, qualis esset si foret privatus alicujus latronis, vel tyranni..., vel judicis non competentis; sive etiam competentis, absque tamen juris ordine procedentis».

^{b)} Suarez, lib. 2, cap. 10, distinguit; et n. 14, dicit teneri, si «praeviso periculo mortis» ita juravit; at n. 16: «Quando, inquit, periculum non fuit cogitatum; sed homo juravit, quia non

Probabilis obligatur.

Promissio prodiga cum juramento non obligat.

Jurans re-dicitur ad carcerem.

Probabilis tenetur, et si mortem timeat.

Causae excusantes abimplendo juramento.

Jurantes punire filios raro peccant.

Lessius^{c)}; et Salmant.¹ (licet primam vocem probabilem) cum Bonacina^{d)}, Sanchez, Laymann, etc.

Parentes aut domini, jurantes punire filios vel famulos, raro peccant, si juramentum non impleat: vel quia delinquentes jam sint emendati aut emendationem

promiserint; vel quia juramentum fuit de re inutili, aut potius de vindicta inordinata. Ita Laymann^{e)}, Anacletus^{f)}, et Elbel^{g)} cum Gobat aliisque satis communiter. — Additque Elbel, plerumque talia juramenta fieri sine intentione jurandi, sed tantum terrendi. — Vide dicenda n. seq. 187, ad 4.

DUBIUM VI.

Quibus casibus excusetur ab impletione, qui in promissorio Juramento obligationem contraxit.

187. *An excuset mutatio circumstantiarum.* — 188. *An excuset cessatio causae finalis.*

187. — « Resp. Tales casus, praeter ea quae ex superioribus colliguntur, a Toleto et Cajetano^{a)} recensentur isti:

« 1°. Si quod bonum erat tempore iuramenti, propter circumstantias postea fiat illicitum, vel vanum, vel impeditum majoris boni, vel melius sit omitti quam impleri. — Sanchez^{b)}. [Cum Salmant. 5].

« 2°. Si juramentum mutet in opus aliud quod aperte melius et Deo gratius: id enim quisque per se potest, ut habet Toletus^{c)}. — Excipe tamen semper, si quid in hominis commodum jurasses; nec enim Deus illum vult defraudari.

« 3°. Si notabiliter mutetur status rei: ut si v. gr. jurasses aliquem punire justa punitione, is autem supplex veniam petet et ageret poenitentiam; posses ei sine perjurio condonare: quia juramentum obligabat, servato eodem statu, in

¹ Tr. 17, cap. 2, n. 75. — *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 11, n. 32. — *Laym.*, lib. 4, tr. 3, cap. 7, n. 3. — ^{d)} Tr. 6, dist. 2, n. 22. — ^{e)} De Juram., n. 87. — *Gobat*, de Juram., n. 528. — *Elbel*, loc. cit. — *Tolet.*, lib. 4, cap. 22. — ^{f)} Decal., lib. 4, cap. 2, num. 23. — ^{g)} Loc. cit., num. 65; cfr. cap. 3,

num. 19. — ^{h)} Lib. 4, cap. 28, v. f. — ⁱ⁾ Lib. 4, tr. 3, cap. 9, num. 4, v. *Quarta*. — ^{j)} Lib. 18, num. 56. — ^{k)} Disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 14, n. 3. — ^{l)} Tr. 17, cap. 2, n. 63. — *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 9, n. 16. — ^{m)} Loc. cit., n. 62 et 63.

^{e)} Laymann, lib. 4, tr. 3, cap. 14, n. 6, parentes qui ejusmodi juramenta absque causa non servant, dicit «peccare, quamvis non mortaliter, ob materiae parvitatem».

187. — ^{a)} Cajetanus, *Sum.*, v. *Perjurium promissorium*, non loquitur de circumstantia superveniente: ceteris tamen heic dictis consentit.

^{b)} Sotus, de Just. et Jure, lib. 8, qu. 1, art. 7, v. *Quarto id denique*, dicit illa juramenta ob levitatem materiae, levi quoque et idea veniali vinculo irretire.

^{c)} Bonacina, disp. 4, qu. 1, punct. 14, n. 3,

« — Tales autem sunt, ut Laymann¹ dicit:
 « 1°. Si potero; 2°. Salvo jure superioris;
 « 3°. Nisi res notabiliter mutetur »; [Quid,
 sisuperveniat circumstantia non praevisa?
 Vide dicta n. 180, v. *In omni*]. « 4°. Nisi
 « obligatio tollatur: de quo, sequens Du-
 « bium ».

Notabilis
mutatio ex-
cusat.

Non tenetur quis implere juramentum,
 quando supervenit *notabilis mutatio*, v.
 gr. periculum mortis, infamiae vel alte-
 riis gravis damni: quia non censemur in
 tali casu voluisse se obligare, cum per
 mutationem tunc res sit diversa, quam
 promissa. *In dubio* autem an mutatio sit
 notabilis, tenetur. — Palaus², Sanchez³;
 et Salmant.⁴ cum Trullench, Leandro,
 etc. Vide *de Voto*, n. 226.

Sed Dubium est: *num sit de se suffi-
 ciens illa mutatio*, etiam non notabilis,
*qua tamen praevisa, ille juramentum non
 emisisset?*

Item res,
 quae prius
 nota jura-
 mentum im-
 pedisset.

Prima sententia affirmat ex S. Thoma⁴,
 qui sic docet. Id liberare a voti, (vel juram-
 enti) obligatione, quod, si a principio
 notum fuisset, ea fieri impediret. Ratio,
 quia intentio se obligandi tunc vel deest,
 vel sic interpretatur. — Ita Navarrus⁵.

¹ Lib. 4, tr. 3, cap. 9, n. 4. — ² Decal., lib. 4, cap. 2,
 n. 34. — ³ Tr. 17, cap. 3, n. 20. — *Trull.*, lib. 2, cap. 2, dub. 8,
 n. 5. — *Leand.*, tr. 1, disp. 13, qu. 9. — ⁴ In 4, dist. 38, art. 3,
 solut. 1, ad 1. — ⁵ *Man.*, cap. 18, n. 7, v. f. — ⁶ V. *Votum II*, qu. 17, i. f. — ⁷ Tr. 2, disp. 272, n. 2 et seqq. — ⁸ *S. Anton.*, part. 2, tit. 10, cap. 6, § 5. — ⁹ Loc. cit., cap. 3, n. 17.

i.f., loquitur de juramentis quae ex passione
 et ira, seu animo vindictae inordinatae pro-
 feruntur, quae negat obligare. — Et Cajeta-
 nus similia docet, *in 2am 2ae*, qu. 89, art. 7,
ad 1 dub., vers. *Inspice igitur*, hic tamen addit,
 quod si parentes, punitionem promitterent ut
 bonum correctionis, quamvis ex ira, tenerentur
 ad servandum juramentum.

^{a)} Palaus, *tr. 15, disp. 1, punct. 20, n. 4*, de
 voto loquitur.

^{e)} Henriquez, *lib. 11, cap. 14, n. 7*, id docet
 de voto et sponsalibus.

^{f)} Palaus, *tr. 15, disp. 1, punct. 20, n. 4*;
 Cajetanus, *in 2am 2ae*, qu. 88, art. 3, § *In
 eadem resp. ad 2*, vers. *Ad hoc dicitur*; Va-
 lentina, *in 2am 2ae*, *disp. 6, qu. 6, punct. 4*,
i.f., haec docent, de voto disputantes.

Silvester⁶, Molina⁷; item S. Antoninus,
 Henriquez⁸, etc., apud Salmant.⁹

Secunda sententia tenet non sufficere:
 quia obligatio non est desumenda ex pro-
 missione quae in futurum non fieret; sed
 ex illa quae jam facta est. Ita Suarez⁹,
 Sanchez¹⁰, Palaus¹¹; et Salmant.¹¹ cum
 Soto¹², Cajetano¹³, Valentia¹⁴, etc. Me-
 rito tamen dicunt non posse negari proba-
 bilitatem primae sententiae. — Immo ipsi-
 met Salmant.¹² censent illam esse nota-
 bilem mutationem, quae si a principio
 cognita fuisset, jurans non promisisset:
 quod utique cum prima sententia cohae-
 ret. Vide *de Voto*, n. 226.

188. — Adde, quod cessat obligatio ju-
 ramenti aut voti, *si cessat causa finalis
 illius*: v. gr. promisisti pauperi eleemo-
 synam, sed ille postea fiat dives: promi-
 sisti non ingredi talem domum ob peri-
 culum, sed illud cesseret: promisisti pere-
 ginationem ob salutem patris, sed ille
 moriatur; et similia. Ita Sanchez¹³, Sua-
 rez¹⁴, Bonacina¹⁵, Palaus¹⁶; et Salmant.¹⁵
 cum Prado¹⁷, Trullench, Tamburinio, etc.
 — Secus vero, si cessat causa tantum
*impulsiva*¹⁸.

n. 21. — ⁹ De Relig., tr. 6, lib. 4, cap. 7, n. 8. — ¹⁰ Decal.,
 lib. 4, cap. 2, n. 22. — ¹¹ Tr. 17, cap. 3, n. 22. — ¹² Loc. cit.,
 cap. 1, n. 152. — ¹³ Loc. cit., n. 42. — ¹⁴ Disp. 4, qu. 2, punct. 3,
 § 2, n. 10. — ¹⁵ Loc. cit., cap. 3, n. 15 et 16. — *Trull.*, lib. 2,
 cap. 2, dub. 4, n. 13; et cap. 1, dub. 21, n. 4. — *Tambur.*, Decal.,
 lib. 3, cap. 13, n. 12. — ¹⁶ *Salmant.*, loc. cit., cap. 3, n. 17.

^{g)} Sotus, *de Just. et Jure*, lib. 7, qu. 2,
 art. 1, *Tertium argum.*, ita scribit: « Quid-
 quid faciendum votum impediret, si praesens
 esset, etiam emissio voto obligationem auferre.
 Verumtamen ne quempiam decipiat, ad obli-
 gationem voti referendum est, non ad impe-
 dimentum voluntatis voventis. Exempli gratia:
 ille morbus, qui si dum vovebas, adesset, obli-
 gationem impediret, adveniens post votum,
 ejusdem obligationem tollit. Attamen licet
 emissio voto aliquid difficultatis experiaris,
 quam si praenosset non vovisses, non ideo
 voti obligatio cessat ».

188. — a) Suarez, *lib. 4, cap. 18, num. 3 et
 seqq.*; Palaus, *loc. cit., num. 1*; Prado, *tom. 2,
 cap. 31, qu. 13, num. 4*, de voto utique sic
 loquuntur.

Alii negant
 sufficere.

Prior opini-
 onis probabi-
 litas.

Cessante
 causa finali,
 cessat jura-
 mentum.

Quis pos-
 sit irri-
 tare ju-
 ramen-
 tum.

Quis pos-
 sit dispen-
 sare.

DUBIUM VII.

Quomodo obligatio Juramenti tollatur
 per irritationem, dispensationem, commutationem et remissionem.

189. *Quis possit irritare juramenta. Et quis dispensare.* — **190.** *An dispensans in votis,
 possit et in juramentis.* — **191.** *De commutatione et relaxatione juramenti.* — **192.** *Quid,
 si juramentum sit factum in favorem tertii.* — **193.** *An possit remitti ab ipso tertio.*
Appendix de Adjuratione, et praeципue de adjuratione daemonum.

189. — « Resp. De hoc, ex conditioni-
 bus jam positis, et potestate superiorum
 in suos ac suorum vota, a Laymann¹
 et aliis communiter haec traduntur:

« 1°. Quod spectat ad *irritationem*, irri-
 tare et annulare potest juramentum
 omnis superior, maritus aut dominus;
 « qui, et quomodo irritare potest suo-
 rum vota (Sanchez², Suarez, Azor, Fil-
 « liuccius³), vide Caput sequens ». [Ex
 n. 227].

« 2°. Possunt et iidem irritare jura-
 menta promissoria, facta in gratiam ho-
 minis, quotiescumque ipsam promissio-
 nem seu contractum infirmare iis con-
 cессum est.

« 3°. Quoad *dispensationem*, quicum-
 que habet potestatem ordinariam vel
 delegatam, vel privilegium dispensandi
 in votis, potest in iisdem dispensare,
 etiamsi jurata sint ».

¹ Lib. 4, tr. 3, cap. 11. — ² Decal., lib. 3, cap. 19, n. 2,
 — *Suar.*, tr. 5, lib. 2, cap. 38, a. n. 3. — *Azor*, part. 1, lib. 11,
 cap. 10, quaer. 5. — ³ Tr. 25, n. 261. — *Azor*, part. 1, lib. 11,
 cap. 10, qu. 2. — *Petr. Ledesm.*, Sum., tom. 2, tr. 11, cap. 4,
 concl. 5, et dub. 4. — ⁴ Tr. 17, cap. 3, n. 3. — *L.* *Ut tantum*,
 cfr. L. *Si quis servo 20*, C. de furtis et servo corrupto. —
⁵ Loc. cit., num. 3. — *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 89, art. 9. —
Pont., de Matrim., lib. 8, cap. 11, a. n. 4. — *Suar.*, de Voto,

190. — Quæritur hic: *an qui habet fa-
 cultatem delegatam dispensandi in votis,
 possit dispensare in juramentis?*

Prima sententia probabilis negat: quia
 vinculum voti et juramenti diversum est;
 et ideo, ex stylo curiae, facultas quoad ju-
 ramenta specialiter conceditur. *Lessius*⁴;

et Sanchez⁵, Bonacina⁶, Azor ac Le-
 desma, apud Salmant.⁴ — *Seconda* vero
 sententia, non minus probabilis, affirmat;

quia juramenta praestita soli Deo, licet
 sint vincula diversa a votis, in ordine tam-
 en ad dispensationem, ut vota reputantur:
 argumento L. *Ut tantum, ff. de servo
 corrupto*, ubi dispositum in uno aequi-
 paratorum, censemur dispositum in altero.
 Illa autem specialis concessio quoad ju-
 ramenta ex stylo curiae, fit ad majorem
 cautelam. Ita Salmant.⁵ cum Cajetano,
 Pontio, Suarez, Palao, Trullench, Diana,
 Prado, Aragon, etc.

lib. 6, cap. 14, num. 6, 14 et 19. — *Pal.*, tr. 14, disp. 3,
 punct. 1, num. 5. — *Trull.*, Decal., lib. 2, cap. 2, dub. 41,
 num. 8 et 12; *Exposit. bullas Cruciat.*, lib. 1, § 7, cap. 3,
 dub. 2, num. 3, et dub. 8, num. 2, 4 et 5. — *Diana*, part. 1,
 tr. 11, resol. 41 et 43. — *Prado*, Theol. mor., tom. 2, cap. 31,
 qu. 14, num. 105 et 106. — *Aragon*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 89, art. 9,
 propos. 4; et qu. 88, art. 12, v. *Si quis autem quaerat
 an omnibus*.

vilegii commutari, in eisve dispensari». Quae-
 rit praeterea n. 21, quid, « quando adsunt
 expresse votum et juramentum ejusdem rei ». Et n. 23, sub distinctione respondet: « Si ju-
 ramentum praestetur ad voti emissi confirmationem, tunc privilegium commutandi aut relax-
 andi vota extendetur ad ea, sic jurejurando munita... Si vero non fiat animo promittendi
 Deo, sed solum firmandi se in bono proposito, vel si apponatur voto principaliter et non accessorie, non potest commutari a privilegiatis, nisi privilegium habeant, ut possint commutare juramenta absque praejudicio tertii ».

b) Sanchez, *de Matrim.*, lib. 8, disp. 2,
 pariter distinguunt; et quidem n. 16, querit
 utrum habens facultatem delegatam dispensandi in votis, vel ea commutandi, habeat eam-
 dem subinde circa juramenta soli Deo facta;
 cui quaesito n. 18 sic respondet: « Probabilius
 reputo posse ea juramenta, virtute talis pri-

Qui potest
 in votis non
 potest in ju-
 ramentis.

Alii affir-
 mant posse.

⁴ Bonacina, *disp. 4, qu. 1, punct. 17,*
n. 12, de juramentis voto annexis loquitur,

Prior sententia te[n]enda.

Sed, hoc non obstante, prima sententia negativa omnino est tenenda^{a)}. Nam obligatio juramenti jam contracta, cum sit certa et possideat, auferri non valet per dispensationem tantum probabiliter validam. — Aliter autem dicendum videtur quoad juramenta facta homini, quando obsint bono communis; immo hujusmodi juramenta sunt per se nulla. Vide dicta n. 177.

191. — « 4^o. Quoad *commutationem*, ea-

dem est ratio quae de dispensatione.

« 5^o. Quod attinet ad *remissionem* sive *relaxationem*, juramentum factum in favorem hominis non potest relaxari, nisi ab eo cui factum est, aut cui is et promissa materia subjecta est.

« 6^o. Et is quidem potest remittere, etsi talis favor ei juratus esset propter Deum: v. gr. si quis propter Deum jussasset pauperculae eam ducere, potest ipsa juramentum illud relaxare; ut habet Navarrus et alii, contra Sotum et Silvestrum. Quia, licet juramentum principaliter factum sit propter Deum; quia tamen executio est in favorem hominis, ab hominis etiam voluntate dependet.

« 7^o. An etiam civilis potest relaxare possit juramenta suorum subditorum in temporalibus, quando justa causa subest, v. gr. quia metu vel per aliam

Navar., Man., cap. 22, n. 25. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 8, qu. 1, art. 9, argum. 2. — *Silvest.*, v. *Juramentum V*, qu. 8. — *Laym.*, lib. 3, tr. 3, cap. 11, n. 9. — *Decal.*, lib. 3, cap. 22, n. 15. — *Suar.*, de Juram., lib. 2, cap. 88, n. 6; et cap. 41, n. 16. — *Loc. cit.*, cap. 11. — *Disp.* 4, qu. 1, punct. 17, n. 10. — *Tr. 17*, cap. 2, n. 56; et tr. 14, cap. 4,

« injuriam extorta sunt; controvertitur. Alii negant, alii ajunt apud Laymann. — Probabile est quod docet Sanchez¹ cum Suarez, non posse relaxare directe: sicut potestas ecclesiastica quando dispensat; sed tantum indirecte, v. gr. ratione materiae vel supplendo vicem ejus cui juratum est, et qui remittere debeat. Plura ad forum externum spectantia circa juramentum, vide apud Laymann² « Bonacina³.

192. — Pro majori claritate,

Dicendum I^o. Quod, si promissio in favorem hominis firmata juramento nondum acceptata sit, non est obligatio illam implendi, et revocari potest: quia juramentum tunc est accessorium, et sequitur naturam promissionis. Secus autem, si promissio principaliter fuit facta Deo. — Hoc certum est. Vide Salmant.⁴ cum Sanchez et Lessio.

Dicendum II^o. Quod, si talis promissio sit acceptata a tertio cui facta fuit; tunc, sine ejus consensu, nec etiam a Pontifice relaxari potest^{a)}. Est adhuc commune apud Laymann⁵, cum S. Thoma^{b)}, Tamburinio^{c)}, Salmant.^{d)}, Croix^{e)}. — Et hoc, etiamsi juramentum principaliter sit factum in honorem Dei, ut dicit Croix^{f)} cum Sanchez, Suarez^{g)}, Lessio^{h)}, Lugo,

n. 70. — *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 9, n. 10. — *Less.*, lib. 2, cap. 42, num. 22. — *Loc. cit.*, num. 5. — *Decal.*, lib. 3, cap. 7, § 8, num. 2. — *Tr. 17*, cap. 3, num. 6. — *Lib. 3*, part. 1, num. 358. — *Loc. cit.* — *Sanch.*, Decal., lib. 4, cap. 41, num. 17 et 18. — *Lugo*, de Just. et Jure, disp. 23, num. 94.

Quid possit potestas civilis.

et hanc sententiam probabiliorem reputat, praesertim in juramento promissorio; hoc enim non est votum, cum non fiat Deo sed hominiⁱ⁾; nihilominus probabilem appellat oppositam sententiam. — Male ergo citantur a Salmant. isti auctores: Salmanticenses enim loquuntur de votis soli Deo praestitis.

^{a)} Quae S. Alphonsi sententia comprobatur hoc responso S. C. de Prop. Fide, ad Vicarium Apost. Tongkini orientalis, die 3 Maii 1828 dato: « Dubio autem quod proposuisti, quarens utrum facultas commutandi et dispensandi vota simplicia extendatur etiam ad vota simplicia juramenti religione firmata, consultum est decretoque statutum est, supplicandum SSmo pro sanatione, quatenus opus sit, quoad praeteritum, et ad cautelam pro facultate in posterum, etiam quoad vota jurata».

192. — ^{a)} Salmanticenses addunt: « Nisi gravissima causa intercedente ».

^{b)} S. Thomas, 2^a 2^{ae}, qu. 89, art. 9, ad 3: « Quandoque, inquit,.... sub juramento promittitur aliquid, quod est manifeste licitum et utile. Et in tali juramento non videtur habere locum dispensatio vel commutatio, nisi aliquid melius occurrat ad communem utilitatem faciendum ».

^{c)} Suarez, de Voto, lib. 6, cap. 15, n. 7, de voto loquens (quod juramento promissorio aequiparatur), sic scribit: « Quando votum ad Deum habet adjunctam promissionem, certae personae aut communitatibus seu ecclesiae valide factam, cui votum additur ad robur et confirmationem, tunc regulariter non potest tale votum commutari, sine consensu tertii, in cuius praejudicium cederet commutatio ». Minus igitur recte a Croix allegatur, quasi loquuntur de juramento *principaliter* facto in honorem Dei.

^{d)} Lessius, cap. 42, n. 58, i. f., male etiam

Quando super
ior pos-
sit relaxare.

Jurans in fa-
vorem ho-
minis, non
teneatur ante-
ceptationem.

Secus, ju-
rans Deo
principaliter.

Juramen-
tum accep-
tatum a quo
relaxetur.

Si contra-
rium bono
communi,
nullum est.

Vel relaxa-
tur ab Ec-
clesia.

Quis ve-
niat nomine
Ecclesiae.

Diana, Moya, etc.: semper ac per acceptationem sit tertio jus acquisitum. Sed de hoc juramento principaliter in Deum emisso, magna vertitur quaestio; circa quam, vide dicenda Cap. III, de Voto, n. 255.

Limitatur tamen Dictio II^a mox lata in tribus casibus: 1^o. Si jurans sit subditus, et juramentum sit circa ea quae superiorum potestati subduntur; ut docet S. Thomas¹. — Ideo Pontifex irritare potest omnia juramenta, circa beneficia, officia ecclesiastica, etc. Parentes etiam possunt irritare juramenta impuberum, non vero puberum, circa res proprias ipsorum; tutores, pupillorum; superiores, religiosorum; viri, uxorum circa bona dotalia; domini, servorum. — Vide omnia apud Salmant.² cum Busenbaum (n. 189, ad 2).

Limitatur 2^o. Si juramentum non possit servari sine damno communi, prout esset juramentum non denuntiandi, non accusandi, etc.; vel super contractu a lege vetito, v. gr. solvendi poenam, si quis resiliat a sponsalibus: quod prohibetur cap. Gemma, de sponsalibus. — (An etiam, solvendi perdita ludo prohibito, ut dicunt Salmant.³ Vide dicenda de Ludo, Tract. de Contract., Dub. XIII, n. 892).

Talia juramenta verius relaxatione non indigent; cum de se sint nulla, juxta dicta n. 177, v. Aliter. Esto tamen essent valida, ab Ecclesia relaxari possunt. Salmant.⁴ cum Sanchez, Palao et Gutierrez. — Nomine autem Ecclesiae, veniunt non solum Pontifex, sed etiam episcopi, capi-

Diana, part. 6, tr. 6, resol. 61: cfr. part. 1, tr. 11, resol. 47. — *Moya*, tr. 2, disp. 1, qu. 2, n. 3, et qu. 5, n. 6. — ¹ 2^a, qu. 89, art. 9, ad 3. — ² *Tr. 17*, cap. 3, n. 4 et 5. — *Salmant.*, tr. 14, cap. 4, n. 62; *tr. 17*, cap. 3, n. 6. — ³ *Tr. 17*, cap. 3, n. 6. — ⁴ *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 21, n. 10. — *Pal.*, tr. 14, disp. 3, punct. 3, n. 2 et 3. — *Gutier.*, de Juram., part. 1, cap. 58, a n. 8. — ⁵ *Tr. 17*, cap. 3, n. 6. — ⁶ *Loc. cit.*, num. 9. — *Rodrig.*, Sum., part. 2, cap. 102, num. 4 (al. cap. 100, n. 3). — ⁷ *Loc. cit.*, n. 7. — *Suar.*, de Juram., lib. 2, cap. 41, n. 6 et 7. — *Sanch.*, Decal., lib. 3, cap. 21, num. 2.

a Croix adducitur; nam solum negat juramentum in favorem hominis factum, si fuerit valide acceptatum, posse commutari ab alio vel dispensari, n. 62, illo invito in cuius favorem est factum.

^{e)} Barthol. Ledesma, Summar., de Matrim., diff. 23, non videtur recte citari a Salmant.; id enim apud eum reperi nequivi.

tula sedibus vacantibus, et alii jurisdictionem episcopalem habentes: ut Salmant.⁴ Et etiam confessarii delegatam facultatem habentes dispensandi in votis, qui possunt etiam talia juramenta relaxare; ut Busenbaum (n. 189, ad 3); et Salmant.⁵ cum Rodriguez et Ledesma^{e)}.

Item rela-
xatur ex-
tortum me-
tu vel dolo.

Etsi metus
sit levius.

Is, in cuius
favorem,
potest re-
mittere.

Etsi pro-
mittatur
principali-
ter Deo.

^{f)} De hac clausula: *in scilicet principali*, si lent Suarez et Molina; similiter Aragon dumtaxat dicit Papam posse dispensare a juramentis vi extortis. Unde non satis accurate hi auctores a Salmant. adducuntur.

^{193.} — ^{a)} Bonacina, disp. 4, de 2^o Praec., qu. 1, punct. 17, n. 3, male citatur a Salmant.; oppositum enim tueretur, scribens jura-

varro, et Croix¹ cum Gobat, Tamburinius², probabiliter tenent cessare obligationem. Ratio, quia, licet promissio sit facta Deo, fuit tamen semper facta dependenter a voluntate hominis cui juratum est, scilicet, si ille non remittat executionem. Et hanc quoque sequuntur Salmant.³ cum Sanchez, Palao, Trullench, Prado, Fagundez, Leandro, etc., contra Sotum, Silvestrum, etc.: semper ac, licet juramentum principaliter sit factum in honorem Dei, promissio tamen tota cedat in favorem partis; puta si quis intuitu pietatis, juret huic ecclesiae calicem dare, huic pauperi eleemosynam, hanc religionem ingredi.

An autem juramentum, vel votum *perseverantiae*, quod emitti solet in aliquibus Congregationibus, possit relaxari vel dispensari ab episcopis, sine Congregacionis consensu? — Vide dicenda n. 255, v. *Sed notandum* 3º.

APPENDIX DE ADJURATIONE.

Quid sit
adjudatio.Quotuplex
sit.

Iº. Adjuratio est invocatio Dei, vel rerum sacrarum, aut sanctorum, ad inducendum aliquem ad quoddam agendum vel omittendum. — Ita S. Thomas³.

Alia autem est *solemnis*, quae fit a ministris et modis ab Ecclesia constitutis; alia, *privata*, sine hujusmodi solemnitatibus. — Item, alia est *deprecativa*, prout fuit illa principis sacerdotum: *Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus*, etc. (Matth. xxvi, 68); alia, *imperativa*, quae competit tantum superioribus erga subditos, et exorcistis erga daemones.

¹ Navar., Man., cap. 22, n. 25. — ² Lib. 3, part. 1, n. 358. — Gobat, de Juram., n. 499 et 500. — ³ Tr. 17, cap. 3, n. 14. — Sanchez, loc. cit., cap. 20, n. 7. — Pal., loc. cit. punct. 2, n. 3. — Trull., lib. 2, cap. 1, dub. 21, n. 6. — Prado, tom. 2, cap. 32, qu. 7, n. 18. — Fagund. Decal., lib. 2, cap. 32, n. 12 et 13. — Leand., tr. 1, disp. 15, qu. 10. — Sotus, de Just., lib. 8, qu. 1, art. 9, arg. 2. — Silvest., v. *Juramentum V*, qu. 8; et v. *Sponsalia*, qu. 10, cas. 1. — ³ 2^a 2^{as}, qu. 90, art. 1.

menti obligationem auferri posse: «Remissione seu relaxatione ejus, in cuius favorem factum est juramentum..., etiamsi juramentum factum sit in modum voti: ut si voveas Deo et jures te daturum certo pauperi eleemosynam, liber eris ab obligatione voti et juramenti, si pauper condonet obligationem».

^b) Tamburinius, Decal., lib. 3, cap. 7, § 2,

IIº. Ut adjuratio sit licita, tria requiruntur, sicut in juramento, scilicet:

Requisita
ad liceita-
tem.

1º. *Veritas*, id est, ut adjurans vere intendat assequi quod petit; et vera sit causa, ob quam petit. — Carentia autem hujus veritatis raro erit plus quam venialis, nempe, si fictus pauper per Deum petat eleemosynam; ut dicunt Sanchez⁴, Sporer⁵, Elbel⁶.

2º. *Justitia*, ex cuius carentia certe graviter peccaret rem petens graviter malam: ex communi doctorum.

Quid, si rem petat leviter malam? — Tenent esse veniale Sporer¹, Salmant.⁸ cum Suarez, Bonacina, Sanchez et Palao. Sed melius Elbel⁹ dicit esse mortale; quia satis gravis videtur irreverentia, inducere alterum ad rem malam ope divinae auctoritatis. — Vide dicta n. 146, ad 5, v. *Venialiter*.

3º. *Judicium*, id est, debita discretio, cuius carentia certe non est nisi venialis.

IIIº. Tantum creatureae intellectuales possunt directe adjurari, ut homines et daemones. — Indirecte autem etiam irrationalies, ut sal, nubes, locustae, etc.: adjurando vel Deum, ut earum usu nos adjuvet; vel daemones, ut per eas desistant nocere: prout docet S. Thomas¹⁰ cum aliis communiter.

IVº. Privatim omnibus quidem licitum est adjurare; solemniter autem, tantum Ecclesiae ministris ad id constitutis, et cum episcopi expressa licentia. — Ita communiter Salmant.¹¹ cum aliis; ex Luc. x, 19: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, et scorpones, et super omnem virtutem inimici*; et ex

⁴ Decal., lib. 2, cap. 42, n. 5. — ⁵ Tr. 3, cap. 1, n. 165. — ⁶ Confer. 6, de Adjurat., n. 153. — ⁷ Loc. cit., n. 165. — ⁸ Tr. 22, de 2º Praec. Decal., cap. un., n. 4. — ⁹ Suar., tr. 5, lib. 4, cap. 4, n. 8. — ¹⁰ Bonac., disp. 4, de 2º Praec., qu. 1, punct. ult., n. 12. — ¹¹ Sanchez., Decal., lib. 2, cap. 42, n. 5. — Pal., tract. 14, disp. 4, punct. 1, num. 6. — ⁹ Loc. cit., num. 153; cfr. num. 97. — ¹⁰ 2^a 2^{as}, qu. 90, art. 3. — ¹¹ Tr. 22, num. 5.

n. 2, concedit probabiliter tolli posse eo modo juramenti obligationem, si tamen in promissione designatus est pauper pecularis. — Et eodem sensu loquuntur etiam auctores a S. Alphonso adducti pro sententia, quae asserit juramentum tolli condonatione ejus, in cuius favorem emissum est, quando totum in hujus commodum cedit.

Marc. xvi, 17: *In nomine meo daemonia ejicient*.

Vº. Praesertim autem circa *adjuratio nem daemonum*, duo praecipue hic sunt notanda: 1º. Ut cum eis adjuratio sit imperativa, non vero deprecativa. 2º. Ut fiat tantum ad amovenda damna et vexationem obsessi; non autem ad vanitatem vel curiositatem. — Hinc dicunt DD. communiter cum Salmant.¹, non excusari a peccato gravi, qui multos sermones inutiles haberet cum daemone obsidente.

— Sed

Quaeritur 1º. *An sit mortale quaerere a daemone unam vel alteram rem curiosam?*

Affirmat Palaus; quia tunc exorcista potius videtur deprecativa quaerere, quam imperative. — Sed probabilius est tantum veniale, si revera adjuratio fiat imperativo modo. Ita Sanchez²; item Cajetanus, Suarez, Navarrus³, Sotus⁴, communiter cum Salmant.⁵

Quaeritur 2º. *Quae liceat exorcistis a daemone interrogare?*

Licet quidem interrogare omnia quae ad ejus expulsionem conducant. Salmant.⁴ cum S. Thoma et communi. — Hinc possunt quaerere numerum et nomina eorum qui in obsesso habitant, et a quanto tempore; ut habetur in Rituall Romano. Item, causam sui ingressus. Item, signum sui egressus; ut communissime contra Sotum⁶ permittunt Sanchez⁵, Salmant. cum Palao, Delrio, Trullench, etc.

An autem liceat quaerere *imperative a daemone manifestationem alicuius veritatis?*

Negat Elbel⁶; quia (ut ait) non viden-

¹ Tract. 22, n. 56. — Pal., tr. 14, disp. 4, punct. 4, n. 8. — ² Decal., lib. 2, cap. 42, n. 25. — ³ Cajetan., in 2^a 2^{as}, qu. 90, art. 2, v. f. — ⁴ Suar., lib. 4, cap. 2, n. 9, i. f. — ⁵ Tr. 22, n. 55 et 56. — ⁶ Loc. cit., n. 51. — ⁷ S. Thom., 2^a 2^{as}, qu. 90, art. 2. — ⁸ Tabiena, v. *Adjuratio*, n. 4, i. f.; et v. *Invo catio*, n. 2. — ⁹ Loc. cit., n. 59 et seqq. — ¹⁰ 2^a 2^{as}, qu. 95, art. 4, ad 1. — ¹¹ Loc. cit., n. 69 et seqq.

a) — Navarrus non requirit ut adjuratio imperative fiat; sed in *Man.*, cap. 11, n. 28, absolute scribit: «Colloqui cum ipsis daemonibus corpora hominum obsidentibus, ob curiositatem vel vanitatem tantum, non est plus quam veniale».

b) Sotus similiter, *de Just.*, lib. 8, qu. 3, art. 2, resp. 1 arg., scribit: «Unum aut alte-

tur ministri aliam habere potestatem, nisi interrogandi tantum ea, quae ad eum expellendum conferunt. — Sed probabilius et communissime affirmatur licere, si id conduceat ad divinam gloriam. Ita Sanchez⁷; ac Cajetanus, Sotus⁸, Bonacina, Tabiena, etc., cum Salmant.⁹

Licite e mani festationem veritatis.

Atque expresse hoc docet D. Thomas⁹, ubi ait: *Aliud autem est inquirere aliquid a daemone sponte occurrente: quod quandoque licet propter utilitatem ahorum, maxime quando divina virtute potest compelli ad vera dicenda; et aliud, daemonem invocare ad cognitionem occultorum acqui rendam ab ipso: quod certe malum est.*

Quid, si daemon assignaret pro causa sui ingressus, obsessum invalide fuisse baptizatum: *an hic rebaptizandus esset sub conditione?*

Ex una parte videtur negandum; quia nulla daemoni praestanda est fides. Ex alia videtur affirmandum; quia daemon, ex vi exorcismi, tenetur patetfacere veritatem. — In hac difficultate, rationabili ter opinantur Salmant.¹⁰, hunc non esse rebaptizandum, nisi aliunde adsint validae conjecturae non accepti Baptismi: nempe, si baptizans fuerit maleficus vel haereticus, vel muliercula parum instructa, vel acer inimicus parentum baptizandi, qui dixerit velle ulcisci; et similia.

VIº. Exorcista autem, ut obsessus vere liberetur, sedulo curet sequentia obser vare:

1º. Prius bene exploret an ille revera obsideatur a daemone.

2º. Munit se fide, fiducia et caritate; insuper et oratione ac jejunio, et maxime humilitate; alias parum proficiet. — Di-

Quando re baptizetur qui a daemone dici tur non ba ptizatus.

Quaenam ob servanda ab exorc istis.

cunt tamen Salmant.¹, exorcismum suam vim habere, etiamsi fiat ab eo qui est in peccato.

3° Inducat obsessum ad confessionem, confidentiam et orationem.

4° Utatur exorcismis in Ecclesia Romana, vel saltem in sua dioecesi approbatis. Utatur etiam invocatione nominum Jesu, Mariae, etc.; item signo crucis ac reliquiis Sanctorum, aut aqua benedicta, Agnus Dei, etc.

5° Caveat ne cum daemone jocetur, sed potius pauca proferat; et non permittat ei plura loqui, sed imperet tacere.

6° Caveat etiam (ut advertit Rituale) ne ob dictum daemonis configiat ad magos, ut maleficium dissolvant. Jubeat tamen daemonem dicere an ibi sit ob maleficium; et ut signa malefica reddat vel revelet.

7° Regulariter exorcismum faciat in ecclesia, januis apertis: nisi honesta adsit causa (ut dicitur in Rituale) ut fiat domi.

8° Excludat mulieres, pueros et viros otiosos, quorum modica fides expulsione obstat potest.

9° Repetat plures comminationem et verba, quibus observat daemonem magis angi, semper augendo poenam.

¹ Tr. 22, n. 7. — *Ritual. Rom.*, de Exorcizand. obsessis a daem., v. *Aliqui ostendunt*. — *Ritual. Rom.*, loc. cit., v. *In ecclesiam*. — ² Confer. 6, de Adjurat., n. 167. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 1, punct. ult., n. 14. — *Tambur.*, Decal., lib. 3, cap. 8, § 2, n. 18. — *Pal.*, tr. 14, disp. 4, punct. 4, n. 13. — ³ Tr. 3, cap. 1, n. 167. — ⁴ Tr. 22, n. 17, 22. — *Salmant.*, loc. cit., n. 22 et 23. — *Delrio*, lib. 6, cap. 2, sect. 3, in 4^o remed.

libet, sed « sanctissimis viris » dumtaxat id concedit; quod notaverunt Salmant., n. 62.

^{e)} Bonacina, Tamburinius et Palaus loquuntur de licentia in alium hominem ingrediendi.

^{f)} Sanchez, *Decal.*, lib. 2, cap. 42, n. 16; Palaus, *tr. 14*, *disp. 4*, *punct. 4*, n. 19; Elbel, n. 160, dicunt utique exorcismos virtutem ex opere operato habere; hanc tamen virtutem negant esse infallibilem.

^{g)} Cajetanus, *in cap. ult. Evang. S. Marci*, v. 17 et 18, non satis accurate citatur a Salmant.; videtur enim negare vim exorcismi

Demum advertat nulla adesse signa infallibilis egressus. — Probabilia tamen signa sunt, si per longum tempus obsessus sit a molestis immunis; item, daemonum confessio, ingens vomitus rerum putridarum vel halitus valde foetidus; item, magni clamores, qui ibi audiantur; item, si obsessus remaneat in terram dejectus et quasi mortuus; ac similia.

Probabilia
signa eges-
sus diaboli.

Probabilis autem non licet concedere daemoni, quod invadat aliud corpus hominis vel bestiae ^{e)}, ut exeat ab energu- meno, sicut ille promittit; ut censem Elbel ² cum Bonacina, Tamburino et aliis, contra Palaum, etc.

Non con-
cedatur dia-
bolo, ut in-
vadat a-
lium.

VII^o. Communiter autem dicunt DD., exorcismos habere vim infallibilem expellendi daemones, tamquam ex opere operato. Ita Sporer ³, Sanchez ^f, Palaus ^f, Elbel ^f; et Salmant. ⁴ cum Cajetano ^g, Soto ^h, Trullench ^h, etc. — Nec obstat, quod plures exorcismi effectum non habeant. Nam, ut dicunt Salmant., semper illi aliquem effectum sortiuntur, si non complete, saltem imperfecte, vires daemonum attenuando.

Exorcismi
habent vim
infallibi-
lem.

Vide alia apud Delrio, fuse de hac materia tractantem.

esse ex opere operato, scribens: « Intelliguntur... promissa signa consequentia fidem, quantum est ex parte virtutis fidei; sequentia, quando et ubi opus fuerit. Cum cuius veritate promissionis stat, quod ex parte habentis fidem defectus accidat, seu impedimentum praestetur; ita quod fides ipsa non deest signis, sed homo deest fidei ad efficaciam signorum ».

^{h)} Sotus, *in 4, dist. 6, qu. 2, art. 3*; Trullench, *lib. 1, cap. 10, dub. 14, n. 6*, tribuant exorcismis virtutem ex opere operato, et pro hac sententia tantum a Salmant. allegantur: negant tamen ejusmodi virtutem infallibilem esse.